گرفته کشتند[1] وچون داود سلجوق از انقلاب ملک ودولت غزنویه خبر یافت لشکر بغزنین کشید وخرخیر با لشکرها به استقبال او روان شد وهر دو فریق با یکدیگر حرب کرده داود منهزم شد[2] واحمال واثقال تراکمه بدست غزنویان افتاد وچون فرخ زاد در حکومت استقراری یافت سپاهی عظیم فراهم آورده متوجه خراسان شد وسلاجقه کلسارق‌را[3] که اعظم امراء ایشان بود با لشکری سنگین مقابل ایشان فرستادند ودرین معرکه اصحاب کلسارق منهزم شده خدمتش‌را[4] با چند کس دیگر از امرا اسیر ودستگیر کردند وبعد از آن الب ارسلان بموجب فرمان پدر لشکر کشیده با غزنویان محاربه نمود وغالب گشته چند[5] کس از اعیان ایشان دستگیر کرد وفرخ زاد چون صورت حال برین منوال دید کلسارق‌را اطلاق فرموده خلعت داد وسلجوقیان نیز اسیران غزنین‌را بگذاشتند وچون مدت[6] شش سال از حکومت فرخ زاد بگذشت در ریعان شباب وبدایت جوانی این جهان فانی‌را وداع فرموده[7] برادرش بجای او بنشست ۞

---

(1) F. گرفتند وکشتند. (2) Verba inde a وهر دو usque ad منهزم شد in cod. D. omissa sunt. (3) F. وکلسارقرا. (4) D. خدمتش sine nota accus. (5) D. شده وچند. (6) D. چون omisso ومدت. (7) D. نموده.

فصل ٢٦

ذکر سلطنت ابرهیم بن مسعود بن محمود بن سبکتکین ۞

او[1] پادشاهی عادل زاهد دولتیار بود ورجب[2] وشعبان‌را با رمضان منضم گردانیده[3] در سالی سه ماه روزه داشتی ومیان[4] او وسلجوقیان مصالحه اتفاق افتاده مقرر بر آن[5] شد که هیچکس[6] ازین دو فریق متعرض ولایت یکدیگر نشوند وبرین جمله وثیقه نوشته اشراف[7] طرفین اسامی خودرا بر آنجا ثبت کردند وبعد از اتمام امر صلح ابرهیم بن مسعود بجانب هندوستان لشکر کشیده بسی از مواضع فتح فرمود که آبا واجدادش‌را میسر نشده بود واز آنجمله قلعهٔ بود در اقصی[8] بلاد هند بر سر کوهی بلند[9] که بر یک جانبش دریای بود محیط که سفینه بر[10] آن مجال عبور نداشت وبر جانب دیگرش[11] بیشه که از کثرت اوراق اشجار آن شعاع آفتاب‌را محل نفوذ نبودی[12] مشحون بفیلان کوه پیکر وهندوان عفریت منظر

---

(1) D. om. (2) D et E. رجب sine cop. (3) F. ساخته. (4) E et F. میان sine cop. (5) D. چنین. (6) D. هیچ یک. (7) F. نویشتند واشراف. (8) D. بلاد omissa voce اقاصی هند وبر یکجانب. (9) E et F. رفیع. (10) D. در. (11) D. دیگر. (12) D. نبودی.

وبکثرت وعدت[1] وحصانت ورصانت آن بقعه از سایر بقاع[2] امتیاز داشت ودر پای آن[3] حصار[4] جای ایستادن وجنک کردن نبود سلطان ابرهیم بدآن صوب لشکر[5] کشیده بتوفیق ایزدی قلعه بدآن محکمی‌را مفتوح کردانید وبا غنایم نا محصور[6] بدار الملک غزنین مراجعت نمود ودیکر[7] موضعی بود در نهایت معموره هند که احفاد وذریات اقوام خراسانیان که در ایام قدیم افراسیاب ترک ایشانرا از خراسان اخراج[8] کرده بود در آنجا متوطن بودند وشهری داشتند در غایت استحکام ونهایت استواری وقطر حوض آن شهر نیم[9] فرسنک بود وهر چند مردم وچهارپای[10] از آنجا آب میخورد[11] زیاده نقصانی در آن آب[12] محسوس نمیشد وملوك هند چون میدانستند که استیلا بر آن شهر نوعی از محالاتست متعرض ایشان نمیکشتند سلطان ابرهیم بنیت غزا متوجه آن جانب شد ومیان هر دو کروه[13] محاربات دست داده ابرهیم غالب آمد وجمعی کثیر از آن طایفه‌را بکشت[14] وبعضی متفرق کشتند[15] واز زنان وفرزندان کفره قرب صد هزار کس

---

(1) D. عدت sine cop. F. post کثرت addit عدد. (2) D. قلعه از سایر قلاع. (3) D. om. (4) E. قلعه. (5) D. لشکر بدآن صوب. (6) D. محدود. (7) E. توجه فرموده دیکر. (8) F. استخراج. (9) D. خوضی در آن شهر بود که قطر آن نیم. (10) F. چهارپایان. (11) F. میخوردند. (12) F. باب. (13) D. فریق. (14) D. کشت. (15) D. شدند.

باسیری گرفته مراجعت نمود[1] ∴ ودیگر نوبتی[2] بسمع او رسانیدند که میان دو خلیج از خلیجات ولایت هند جماعتی اند که بعبادت اصنام وفسق بر دوام عادت کرده اند سلطان با لشکرهای گران متوجه آنجانب[3] شد ودر آن راه عقبات لا تعد ولا تحصی بود مشتمل بر اشجار در هم پیچیده وسلطان بعد از قطع منازل ومراحل[4] بدآنجا رسید ودر مکانی که قریب بمستقر کفار بود سه ماه توقف نمود ومردم غزنین از کثرت بارندگی زحمت بسیار دیدند وبالاخره خدای عز وعلا[5] اورا بر اعداء دین مسلط ومستولی گردانید ۞

فصل ۲۷

ذکر وفات سلطان ابو المظفر ابرهیم[6] بن[7] مسعود وحکومت پسرش مسعود ۞

سلطان ابرهیم در سنه احدی وثمانین واربع مایه وفات یافت بروایتی سی سال پادشاهی کرد وبقول صاحب تاریخ گزیده ومؤلف

---

(1) D. نموده. E. فرمود. (2) D. نوبتی دیگر. (3) D. آن طرف. (4) D. om.
(5) E. وجل. (6) D. ابو مظفر سلطان ابرهیم. (7) E. addit سلطان.

تاریخ بناکتی[1] مدت سلطنت او چهل ودو سال بود ابرهیم پادشاهی عادل مجاهد صاحب رای بود گویند که[2] قبل از مصالحه غزنویه وسلجوقیه سلطان ملکشاه سلجوقی عزیمت یورش غزنین تصمیم داد واین خبر بسمع[3] ابرهیم رسیده نامها بامراء ملکشاه[4] نوشت[5] مضمون همه آنکه بغایت مستحسن افتاد که شما ملکشاهرا بر آن داشته اید[6] که متوجه این صوب گشت[7] وظیفه آنکه سعی فرمایید که زودتر باین ولایت در آید تا بالکل ازوی خلاصی یابیم وچنانچه قبول کرده ایم مرسومات شما مضاعف کرده عنایات وعاطفات بیکران در بارهٔ همکنان مبذول خواهیم داشت واین مکتوباترا به بیکی داده گفت چون ملکشاه اکثر اوقات بصید مشغولست فرصت نگاه دار تا در شکارگاه ترا نزد او برند ومقصود سلطان ابرهیم آن[8] بود که در محلی که امرا ملازم ملکشاه نباشند مکتوبات ظاهر شود وملکشاه در زمانی که بقصبه[9] اسفرار نزول فرموده بود عزم شکار کرد بیک بدآن[10] نواحی رسیده اورا

---

(1) F. نیاکنی. (2) D. om. (3) D. بمسامع. (4) In cod. E. verba inde a سلجوقی usque ad ملکشاه omissa sunt. (5) F. نوشته. (6) D. داشتید. (7) E. گشته. F. جانب گردد. (8) F. این. (9) D. بقصیه. (10) E. بیک ناگاه بآن.

بگرفتند[1] ونزد سلطان ملکشاه برده ملکشاه استفسار احوال نمود[2] بیک کلمات پریشان بر زبان آورده سلطان فرمود تا اورا تازیانه زنند تا اقرار کند وبموجب فرموده چون بیک‌را در لت کشیدند مکتوبات‌را اظهار کرد وچون ملکشاه بر آن قضیه مطلع شد صلاح در آن ندید[3] که با امرا خطاب وعتاب فرماید[4] وبدین تدبیر سلطان از سر آن عزیمت در گذشت ∴ گویند سلطان ابرهیم خط بغایت خوب نوشتی ودر هر سال یک مصحف باتمام رسانیده با اموال فراوان بمکه مبارک فرستادی ∴ وچون او وفات یافت پسرش مسعود بجای او بنشست[5] وبجلال الدوله ملقب شد[6] وسلطان ابرهیم در اوان دولت خویش بعد از مصالحه دختر سلطان ملکشاه‌را جهت مسعود خطبه کرده بود وخواجه نظام الملک در آن باب مساعی جمیله بظهور[7] آورده قاعدهٔ مصادقت میان ایشان موطد بود تا آن زمان که مسعود وفات یافت مدت سلطنت مسعود شانزده سال بود واز احوال او زیاده چیزی معلوم نشد که در حیّز کتابت[8] آید ۞

---

(1) D. گرفتند. (2) F. نموده. (3) D. دید. (4) F. نماید. (5) Verba بجای او بنشست D. om. (6) F. شده. (7) E. بجای. (8) F. کتاب.

فصل ۲۸

ذکر سلطنت ارسلا نشاه بن[1] مسعود بن ابرهیم بن مسعود بن محمود سبکتکین[2] ۞

چون ارسلا نشاه بر سریر سلطنت[3] بنشست برادران خودرا گرفته بند کرد واز جملهٔ اخوان او بهرام شاه گریخته بخراسان پیش سلطان سنجر رفت واو در آن ولا از قبل برادر خود محمد بن ملکشاه والی آن ولایت بود وسلطان سنجر رسولی نزد ارسلا نشاه فرستاده اورا از منازعت برادران منع فرمود ودر باب موافقت با[4] بهرامشاه الحاح نمود وارسلانشاه[5] بآن سخن ملتفت نشده[6] سلطان[7] سنجر باحضار لشکرهاء خراسان فرمان داد تا بغزنین رود وارسلانشاه این معنی معلوم کرده ایلجی بعراق نزد محمد بن ملکشاه فرستاد واز سلطان سنجر شکایت کرد وسلطان محمد رسولی بخراسان فرستاد[8] که برادرشرا از آن[9] یورش منع کند[10] اما با ایلجی گفت که

---

(1) E. addit سلطان. (2) D. nomina محمود بن om. et ante محمود سبکتکین addit یمین الدوله. (3) E. حکومت. (4) F. om. (5) D. وخدمتش. (6) E. التفات ننموده. (7) D et E. om. F. وسلطان. A. نشد وسلطان. (8) F. فرستاده. (9) D. om. (10) A et C. کرد.

اگر برادرم سنجر متوجه شده باشد این رسالت به او مرسان وچون فرستاده محمد بن ملکشاه بخراسان رسید سلطان سنجررا بر جناح سفر یافت لاجرم هیچ نگفت وسلطان چون ببست رسید ابو الفضل والی سیستان با لشکر خود[1] به او پیوست وارسلانشاه چون خبر توجه سنجر شنید[2] جیشی کثیر[3] جمع کرده[4] باستقبال او نامزد فرمود وهر دو لشکر بهم رسیده جنکی عظیم واقع شد وغزنویان بعضی کشته شده وبرخی منهزم کشته[5] آنچه زنده ماندند باقبح وجهی بغزنین رسیدند وارسلان از در خضوع وخشوع در آمده مادر[6] خودرا که خواهر سلطان سنجر بود با دویست هزار دینار سرخ وغیر ذلک از تحف وهدایا بخدمت او فرستاد سنجر میخواست که معاودت نماید اما[7] بهرامشاه از جور ارسلانشاه نالش کرده صورت تسخیر غزنینرا در نظر او[8] آسان[9] نمود وسنجر بصوابدید بهرامشاه متوجه آن صوب[10] شده چون بیک فرسخی غزنین رسید ارسلانشاه با سی هزار سوار وپیاده وصد وشصت فیل[11] در برابر

---

(1) F. om. E. آنولایت. (2) E. شنیده. (3) E. کثیف. (4) D. verba جمع کرده om. (5) D. شده. (6) E. عمهء. (7) F. om. (8) D. نظرش. E. نظر وی. (9) D. addit باز. (10) F. آنجانب. (11) D. addit سر et om. وصد.

سلطان سنجر آمد وهر دو کروه تیر وتیغ در یکدیگر نهادند ودر آن معرکه صاحب سیستان ابو الفضل مردانگی بسیار نموده چند سر فیل مخالفان[1] بدست آورد ونسیم نصرت ظفر بر پرچم رایت سلطان سنجر وزیده ارسلانشاه روی بفرار نهاد ودر بیستم شوال سنه عشر وخمسمایه سلطان سنجر بغزنین در آمد ولشکریان را از غارت وتاراج منع کرده اموال نا محصور از خزینهٔ غزنین بدست سلطان سنجر افتاد واز آنجمله[2] پنج تاج بود که قیمت هریک از آنها[3] دو بار هزار هزار دینار میگفتند وهفتده تخت مجسم از زر ونقره یافتند واز زین ومنطقه مرصع وغیر ذلک که بجواهر آبدار ترصیع یافته بود هزار وسیصد عدد بتحویل خازنان قرار گرفت وسلطان بعد از چهل روز از غزنین بیرون آمده آن[4] مملکت را ببهرامشاه ارزانی داشت وچون ارسلانشاه از مراجعت سلطان سنجر آگاه شد لشکر انبوه از ولایت هند جمع آورده روی بغزنین نهاد وبهرامشاه تاب مقاومت او نیاورده به بامیان رفت ودر آنجا بمدد سلطان سنجر مستظهر شده عنان عزیمت بجانب

---

(1) E. مخالفانرا. (2) F. از جمله sine cop. (3) F. addit را. (4) D. آمد وآن.

دار الملک تافت وارسلانشاه از غایت خوف وهراس مرکز دولت[1] خالی گذاشته بکوشهٔ رفت ولشکر سنجر در طلب ارسلانشاه مراسم کوشش بجای آورده اورا بگرفتند وامیر لشکر خراسان خواست که ارسلانشاه بخدمت سلطان سنجر برد بهرامشاه متوهم شده مال بسیار مبذول داشت تا خدمتش‌را به او سپرد وبهرامشاه برادررا نخبه هلاک ساخت[2] مدت سلطنت ارسلانشاه بقولی سه سال بود ۞

فصل ۲۹

ذکر سلطنت بهرامشاه بن مسعود بن ابرهیم بن مسعود بن محمود ۞

معز الدولة بهرامشاه پادشاهی ذو شوکت با حشمت بود با علما وفضلا وحکما[3] مجالست ومصاحبت[4] ورزیدی[5] افاضل در ایام دولت او باسم شریفش کتب ساخته وپرداخته اند کتاب

---

(1) F. om. (2) A. برادررا هلاک ساخت. B. برادررا زیر تخته هلاک ساخت. C. برادررا بخفیه هلاک ساخت. E. pro نخبه ponit نخبه. (3) D et E. om. (4) F. om. E. مصاحبت ومجالست. (5) D. نمودی. E. ورزید.

کلیله ودمنه بنام همایون او موشح ومزین است ورعایا در زمان سلطنت او آسوده خاطر[1] ومرفه الحال روزکار میگذرانیدند[2] ودر[3] روز جلوس او سید حسن غزنوی قصیدهٔ خواند[4] که مطلعش اینست[5]

بیت

ندایی بر آمد زهفت آسمان
که بهرامشاهست شاه جهان

وبعد از آنکه[6] بر تخت سلطنت متمکن گشت لشکر بدیار هند کشید وبسیاری از آن[7] بلاد که اسلاف او بدآن مواضع نرسیده بودند بکشاد ودر کنف عز واقبال مراجعت نموده یکی از امراء خودرا بضبط ممالک هند باز داشت[8] وبعد از طول مدت[9] آن کافر نعمت طریق تمرد وعصیان پیش گرفت وبهرامشاه بدفع شر وفتنهٔ[10] او[11] لشکر بدآن صوب برده با آن متمرد در حدود مولتان مصاف داد وشامت کفران نعمت[12] شامل حال آن عاصی شده او واولاد[13]

---

(1) E. om. F. utramque vocem آسوده خاطر om. (2) F. گذرانیدند. E. گذرانیده.
(3) E. در sine cop. D. om. (4) D. خوانده. (5) F. این بود. (6) E. که omisso آن.
(7) F. om. D. pro از آن بلاد ponit از ولایات هند. (8) D. گذاشت. (9) D. بعد از مدتی.
(10) F. فتنه sine cop. (11) D. آن عاصی. (12) D. om. (13) D. با اولاد شده. F. اولاد شده.

واتباع او در ورطهٔ هلاک وبوار افتادند[1] وبهرامشاه کره[2] دیگر دیار هندرا مسخر ومضبوط ساخت وچون از هندوستان[3] مراجعت نمود[4] میان او وملوک غور وقایع کثیر[5] دست داد وشرح آن قضایا[6] از تاریخ غوریان از مساعدت وقت مامولست وبعضی از ارباب اخبار گفته اند که در سنه سبع واربعین وخمس مایه بهرامشاه وفات یافت وبرین تقدیر مدت سلطنت او بعد از هلاک برادرش ارسلانشاه[7] سی وپنج سال باشد چه اورا در سنه اثنی وعشر وخمسمایه بزندان فراموشان فرستاد ۞

فصل ۳۰

ذکر سلطنت خسروشاه بن بهرامشاه[8] بن مسعود بن ابرهیم بن مسعود بن محمود بن سبکتکین ۞

بعد از وفات پدر پادشاه شد وچون علاء الدین حسین جهانسوز متوجه غزنین شد او گریخته بجانب هندوستان رفت ودر

---

(1) D. افتاد. (2) D. نوبت. (3) D. هند. (4) D. فرمود. (5) E. om. F. کثیره. (6) D. قضا. (7) D. om. (8) D. reliqua nomina huius rubricae omittit. E. addit sola verba بن محمود.

لهاور بحکومت مشغول گشت وبعضی از مورخان گویند که چون علاء الدین حسین جهانسوز[1] از غزنین مراجعت نمود خسروشاه از دیار هند معاودت فرموده بدار الملک آباء خویش آمد ودر آن[2] ایام[3] غزان سلطان سنجررا بگرفتند[4] وطایفهٔ از ایشان بغزنین توجه نموده[5] خسروشاه طاقت مقاومت ایشان[6] نداشت بنابر ضرورت باز بلهاور رفت ودر سنه خمس وخمسین وخمسمایه داعی حق‌را لبیک[7] اجابت گفته پسرش قایم مقام شد مدت سلطنت خسروشاه هشت سال[8] بود ۞

فصل ۳۱

ذکر خسرو ملک بن خسروشاه[9] که آخر ملوک غزنویه است ۞

وبعد از انتقال پدر در لهاور بر تخت سلطنت[10] نشست واو پادشاهی بود موصوف بحلم وحیا در عشرت وطرب افراط مینمود وبدین سبب فتور تمام بکار ملک راه یافت امرا وارکان دولت

---

(1) D et E. om. (2) F. درین. (3) F. addit که. (4) D. گرفته بودند. (5) D. نمودند. (6) D et E. انجماعت. (7) D. om. (8) D. addit وکبری. (9) D. addit: بن بهرامشاه بن مسعود ابرهیم بن مسعود بن محمود. (10) E. حکومت.

ازوی[1] آزرده خاطر گشتند وعورات وخادمان او در زمان او بمرتبهٔ فرمان‌دهی رسیدند ودر آن ایام سلطان غیاث الدین محمد سام غوری غزنین‌را تختگاه خود ساخته هر سال لشکری بحدود هندوستان میکشید تا در شهور سنه ثلاث وثمانین وخمس مایه بلهاور رفت وبدآن ملک استیلا یافته خسرو ملک بامان پیش او آمد وغیاث الدین محمد سام خسرو ملک‌را بغزنین فرستاده چون تمامت غزنویه بدست[2] غوریه افتادند همرا شربت فنا چشانیدند وخاندان سبکتکین مندرس گشته از[3] آن پادشاهان[4] ذو شوکت بجز[5] حکایت چیزی در میان نماند ۞

تم تم تم

---

(1) D. om. (2) Totus locus inde a بدان ملک usque ad غزنویه بدست excidit ex cod. F. (3) F. گشت واز. E. گشت وان. (4) E. وآن پادشاهانرا omisso praepos. از. (5) D. جز.

MOHAMMEDI FILII CHONDSCHAHI

HISTORIA GASNEVIDARUM

LATINE.

ANNOTATIONE HISTORICA ILLUSTRATA.

ARGUMENTA CAPITUM.

CAPUT I. Historia imperii Emiri Nasireddini Sobokthegini eiusque posterorum, quos reges Gasnevidas appellant . . . . . Pag. 139

CAPUT II. Expugnatio urbis Bosth anno CCCLXVII., quae res initium est imperii Gasnevidarum . . . . . „ 143

CAPUT III. Expugnatio urbis Kasdar et aliae Nasireddini expeditiones in Hindosthanum susceptae . . . . . „ 146

CAPUT IV. Imperium Emiri Ismaelis, filii Emiri Nasireddini, quaeque contra illum frater Saifeddaula Mahmudus peregit . . . . . „ 152

CAPUT V. Sultanatus Iemineddaulae Mahmudi Amin el millah, filii Sobokthegini . . . „ 156

CAPUT VI. Sultanus oppugnat Bahatiam eaque capta in Multhanum contendit . . . . „ 158

CAPUT VII. Bellum ab Ilekchano cum Sultano Mahmudo gestum. Ilekchanus armis fidelium veramque religionem profitentium pellitur . . . . . „ 161

CAPUT VIII. Expeditio Sultani Mahmudi adversus arcem Behim Bagsa . . . . . „ 167

CAPUT IX. Expeditio adversus Narinum . . . . . „ 171

CAPUT X. Expeditio in Gaurum . . . . . „ 172

CAPUT XI. Res Ilekchani post cladem a Sultano Iemineddaula Mahmudo illi illatam . „ 176

CAPUT XII. De Scharis Gordschesthani eorumque imperio everso . . . . . „ 180

CAPUT XIII. Expugnatio aliarum Indiae provinciarum a Sultano perfecta . . . . . „ 187

CAPUT XIV. Charismschahus imperio exuitur, quod sibi vindicat Iemineddaula Mahmudus Sobokthegi nus . . . . . „ 190

CAPUT XV. Expugnatio Mehrae et Kanudschae . . . . . „ 193

CAPUT XVI. Sultanus Mahmudus Sumenathum proficiscitur indeque dei benignissimi auxilio revertitur . . . . . „ 209

CAPUT XVII. Sultani Mahmudi expeditio Raiensis reditusque in provinciam Gasnensem et obitus . . . . . „ 226

CAPUT XVIII. De Emiro Nasro filio Nasireddini Sobokthegini eiusque obitu . . . . „ 234

CAPUT XIX. Imperium Sultani Mohammedi, filii Mahmudi, nepotis Sobokthegini, eiusque captivitas, quum Gasna regni sede egressus esset . . . . . „ 235

CAPUT XX. Imperium Sultani Masudi filii Iemineddaulae Mahmudi, nepotis Nasireddini Sobokthegini . . . . . „ 239

CAPUT XXI. Sultanus Masudus Gasnam pervenit. Inde in Hindosthanum proficiscitur. Illius interitus . . . . . „ 247

CAPUT XXII. Bellum a Maududo Masudi filio adversus patruum Mohammedum Mahmudi filium gestum. Maududus imperio potitur . . . . . Pag. 250
CAPUT XXIII. Obitus Maududi filii Masudi, nepotis Sultani Mahmudi . . . . . „ 254
CAPUT XXIV. Togrilus nefandus homo trucidat Abdorreschidum cum plerisque posterorum Iemineddaulae Mahmudi. Ipse deinceps pariter supplicium subit . . . . „ 256
CAPUT XXV. Imperium Sultani Ferochsadi filii Masudi, nepotis Mahmudi . . . . . „ 259
CAPUT XXVI. Imperium Ibrahimi filii Masudi, nepotis Mahmudi ac pronepotis Sobokthegini . . . . . „ 261
CAPUT XXVII. Obitus Sultani Abulmodafferi Ibrahimi filii Masudi, et imperium Masudi, qui illius filius erat . . . . . „ 264
CAPUT XXVIII. Imperium Arslanschahi filii Masudi, nepotis Ibrahimi, pronepotis Masudi . . . . . „ 267
CAPUT XXIX. Imperium Bihramschahi, filii Masudi, filii Ibrahimi, filii Masudi, filii Mahmudi . . . . . „ 269
CAPUT XXX. Imperium Chosrewschahi, filii Bihramschahi, filii Masudi, filii Ibrahimi, filii Masudi, filii Mahmudi, filii Sobokthegini . . . . . „ 272
CAPUT XXXI. Imperium Chosrewmulki, filii Chosrewschahi, qui extremus principum Gasnensium fuit . . . . . „ 272

CAPUT I.

HISTORIA IMPERII EMIRI NASIREDDINI SOBOKTHEGINI EIUSQUE POSTERORUM, QUOS REGES GASNEVIDAS APPELLANT.

Emir Nasireddinus erat mancipium Turcicum in familia Alpthegini, praefecti militiae Chorasanicae, (1) insignibus idem a Deo ornatus

---

(1) De Alpthegino vid. Mirchondi hist. Samanid. p. 74. sq. Paulo copiosius quam Mirchondus et peculiaria quaedam addens de rebus Alpthegini exponit Chronicon Ibn Haidari: وشمه از احوال البتکین آنست از جملهٔ غلامان احمد بن اسمعیل بود در زمان عبد الملک بن نوح ایالت خراسان یافته بود ودر سنه خمسین وثلثمایه بعد از آن که عبد الملک وفات یافت امرا در کار سلطنت متردد گشته از البتکین اجازت طلبیدند که زمام سلطنت‌را در کف کدام یک از اولاد سامان نهند البتکین جواب نوشت که چون منصور جوانست عمش را پادشاه سازید امرا پیش از جواب او منصور را پادشاهی برداشتند منصور از البتکین بنابرین رنجیده بعد از استقلال اورا بدرگاه خواند البتکین مقدمهرا فهمیده از حکم او سر مجید وبا هفتصد نفر از معتمدان از کنار امویه مراجعت نموده متوجه بلخ گشت منصور پانزده هزار سوار از عقب روانه نمود والبتکین از بلخ گذشته از راه گریوه هند وکش بصوب کابل شتافت وبر سر دره فرود آمد ودر آنجا خبر لشکر بخارا شنیده مردم خودرا گفت جنگ من با این جماعت از قبیل غزاست شما هر که خواهید سر خویش گیرید وراه عاقبت در پیش گیرید باتفاق گفتند که سالهاست که ترا بر ما حق است حق نعمت ترا درین محل گذاشته کجا رویم البتکین دویست نفررا در دو طرف آن دره باز داشته خود با پانصد کس در برابر آمد وجنگ سخت در پیوست واخر بجانب دره فرار نمود ولشکر از عقب ایشان تافتند وچون دره تنگ بود آن قدر گذاشت که تمامی لشکر در آمد پس برگشته بجنگ بنیاد کرد وچون از تنگی عرصه مجال برگشتن نبود سواران بر زیر یکدیگر میراندند واز بالای سر ایشان سنگ وتیر می آمد چون خواستند که بر گردند مبارزان که در کمین‌گاه بودند کمین کشادند ودمار از روزگار ایشان بر آوردند القصه اکثر ایشان کشته شده باقی ایشان دستگیر شدند والبتکین از آنجا بغزنه رفت وبر آنجا مستولی شد ومدت شانزده سال حکومت آنجا کرده وفات یافت i. e. „Haec quidem est summa historiae Alpthegini. Fuit is ex numero mancipiorum Ahmedis filii Ismael atque idem tempore Abdolmeliki filii Nuh provinciam Chorasani administrabat. Anno trecentesimo et quinquagesimo quum mortuus esset Abdolmelik, Emiri de substituendo imperatore ambigentes ab Alpthegino licentiam petivere committendi gubernacula regni manibus

virtutibus indoleque sane regia praeditus. In pugna sicut leo in omnes saeviebat; quum dona distribuebat, erat nubi similis, quae in omnes imbrem tempestivum effundit, vel vento, qui ad potentes et debiles pertingit, quumque tranquillo erat animo, imitabatur solem, qui pariter nobiles atque ignobiles suo lumine collustrat. In negotiis erat instar maris, quod quum aestuat nihil curat tempus, in consiliis constans uti amnis, qui neque collibus neque convallibus cohibetur. Inter adversitates temporum eius consilium erat

---

alicuius ex Samani posteris. Alptheginus per litteras respondit: „quandoquidem Mansurus nondum maturus est imperio, eius patruum constituite regem"; Emiri vero priusquam hoc responsum ad eos perferretur, regnum Mansuro concesserunt. Quam quidem rem aegre ferens Mansurus postquam imperio potitus est, Alptheginum ad suam aulam evocavit; at ille quid rei esset perspiciens Mansuri arbitrio velociter se subtraxit et cum septingentis hominibus ex iis quibus confidebat a litore Amujeh amnis reversus Balchum contendit. Quumque Mansurus ad illum persequendum quindecim millia equitum mitteret, Alptheginus relicta urbe Balch via, quae ad montana Indiae et Kaschum ducit, Kabulum versus properavit. In hoc igitur itinere ad quandam vallem pervenit, ubi, quum de exercitu Bocharensi nuncium accepisset, ita locutus est suis hominibus: „Mihi cum istis copiis acerrimum bellum est committendum, vestrum autem quisquis voluerit libere abeat, viamque quae ad munera et praemia ducit capessat." Cuncti unanimiter responderunt: „Iam pluribus annis tibi paremus tanquam nostro domino; si in hoc loco a te vellemus recedere, quaenam nobis pateret via." Tum Alptheginus ducentis hominibus in utroque huius vallis exitu relictis, ipse cum quingentis armatis ex adverso pedem fixit atque cruenta certavit pugna, ad postremum vero [simulata fuga] pedem referens, hostibus acriter insequentibus, ad vallem rediit. Quae quidem vallis quum valde angusta esset, Alptheginus hostium copiis tantum otii concessit, ut cunctae vallem intrarent. Deinceps reversus proelium instauravit; quum vero angustum illius vallis spatium hostibus recedendi facultatem non praeberet, equites acie confusa alter in alterum incurrerunt atque e superioribus locis lapidibus et sagittis impetiti sunt; mox iidem quum recedere vellent, Alpthegini milites qui in insidiis latebant prorupere atque insigni clade eos afflixere. Ut paucis defungamur, eorum plerique caesi, reliqui capti sunt. Alptheginus Gasnam perrexit atque ibidem rerum potitus est: ubi quum sedecim annis imperasset, diem obiit extremum." Ferischthah auctore, ex interpretatione Johannis Briggs (*History of the rise of the Mahomedan power in India till the year A.D.* 1612. *Translated from the original Persian of Mahomed Kasim Ferishta by John Briggs, London* 1829. 8. 4 *Voll.*) Vol. I. p. 13., Alptheginus imperavit nonnisi quindecim annis.

instar sideris quod viam [navigantibus] monstrat. Illius hasta in hostium membris sicut fatum omnes articulos dissolvebat. Gene- pag. 2.
rositas eius et liberalitas in moribus eius luculenter et manifesto apparebant, et felicitatis fortunaeque secundae ubicumque, sive agebat sive quiescebat, documenta cernebantur. (2) Abulhasanus Chasin [thesaurarius] auctor est, Nasireddinum imperante Nuho filio Mansuri Samanida cum Abu Ishako filio Alpthegini, qui militiae Chorasanicae praefectus erat, Bocharam venisse, cubicularii munere apud Ishakum fungentem, omnique eius familiae, ingenuis et mancipiis

---

(2) De origine Sobokthegini ita exponitur a Ferischthah: تاریخ منهاج سراج جورجانی ناطق بآنکه بازرگانی مشهور بنصر حاجی سبکتکینرا از ترکستان آورده در بخارا بالبتکین فروخت والبتکین اثار کیاست وجلادت مشاهده نموده سبکتکین منظور نظر عزت گردانید تا در غزنین امیر الامرائی لشکر خودرا باو داده وکیل مطلق ساخت او از نسل یزدجرد شهریار است در آن وقت که یزدجرد در عهد امیر المومنین عثمان در ولایت مرو در آسیا کشته شد اتباع واولاد او بترکستان افتادند وبترکان قرابتی (وصلت alter cod.) کردند چون دو سه پشت گشت ترک محض (مخصوص alter cod.) شدند ونسب او چنین است امیر سبکتکین بن جوقان بن قرا بحکم بن قرا ارسلان (قزل ارسلان alter cod. قزلدرسلان quod emendandum est) بن قرا نعمان بن فیروز بن یزدجرد ملک عجم i. e. „Narrat Chronicon Minhadschi Siradschi Dschurdschani, Sobokthegin um a mercatore nomine Nasr Hadschi e Turkesthano allatum et Alpthegino Bocharae venditum esse, atque Alpthegin um, quum hominem probi iudicii et insignis strenuitatis illum esse animadverteret, in magno eum habuisse honore et Emiri suarum copiarum primarii dignitate ornatum Gasnae tandem summo cum imperio praefecisse. Erat Sobokthegin us ex prosapia Iesdedscherdi Regis oriundus; etenim tempore Osmani Chalifae quum Iesdedscherdus in molina quadam praefecturae Merwensis occisus esset, eius liberi et comites in Turkesthanum confugere ibique cum Turcis connubia iunxere, quo factum est, ut altera vel tertia aetate transacta plane Turci evaderent. Genealogia Sobokthegini haec est: Sobokthegin us erat filius Dschukani, Dschukan filius Kara Bahkami (apud Briggsium: Kusil Hukum), Kara Bahkam filius Kara Arslani (i. e. nigri leonis, in altero cod. et apud Briggsium Kusil sive Kisil Arslan i. e. rubri leonis), Kara Arslan filius Kara Numani, Kara Numanus filius Firusi qui erat filius Iesdedscherdi, Regis Persarum." Apud Briggsium Kara Numan in hac serie omissus est. Mirum est, Mirchondum de tam illustri Sobokthegini origine plane silere.

praepositum, atque postquam Abu Ishakus [a Bocharensibus] Gasnam missus huius provinciae gubernationem rursus susceperit, rerum eiusdem provinciae ordinationem et administrationem negotiorumque procurationem et dispositionem solidae Nasireddini intelligentiae providaeque sapientiae commissam esse; Abu Ishakus autem quum brevi tempore post susceptam Gasnensis provinciae administrationem fato suo fungeretur inque eius stirpe desideraretur homo qui provinciae gubernandae et copiarum imperio administrando sufficeret, magnates Abu Ishaki copiarumque duces de principe, qui exercitus et civium rebus procurandis par esset, consultasse et posteaquam Emirum Nasireddinum Sobokthegininum electionis sors contigisset,
p. 3. imperium ipsi unanimi consensu tradidisse eiusque fidei et arbitrio se submisisse. Sobokthegininum igitur idem auctor tradit universos in suam tutelam suumque patrocinium recepisse, omniumque sicut par et opus erat necessitatibus providentem unicuique tales, qui dignitati eius convenirent, reditus assignavisse; deinceps ad evertendos et exstirpandos religionis hostes animum advertisse, atque in Hindosthanum, quae regio erat patria hostium Islami et sedes eorum, qui imagines et idola venerabantur, bellum sacrum intulisse. Itaque quum continuo invasisset fines imperii improborum et infidelium, polytheismi scintillas quae ex Indorum pyreis prorumperent gladii coruscantis ictu oppressit, atque templa et aedes sacras vilissimorum hominum evertit inque eorum locum templa Mohammedica et monasteria exstruxit. In calamitatibus et angustiis constantiam vires humanas superantem exhibuit, inque tot tantaque pericula et discrimina rerum se immisit, ut ex iis nonnisi favore et auxilio divino salvari potuerit. Aliquando, quum propter res in his expeditioni-
p. 4. bus feliciter gestas exhilararetur et de successu horum bellorum narraret, hunc sermonem augusta sua voce instituit: ,,Illo tempore,

quo pugnabam cum istis nefandis hominibus, qui nobis et numero et iis quae ad bellum pertinent rebus longe superiores erant, resque protrahebatur, commeatus inopia nos oppressit, neque ulla via aperta erat, qua vel auxilium vel commeatus nobis afferri posset. Qua in miseria quum aliquamdiu perduravissemus, copiarumque et satellitum duces commeatus defectu vires amisissent atque de panis penuria lamentarentur, nos nullum aliud reperire potuimus remedium nisi ut viles reliquias in culina superstites inter nos distribueremus; qua ratione miserrime tempus transegimus vitamque sustentavimus usque ad illud tempus, quo Deus O. M. implevit, quae in libro suo sanctissimo pollicitus est, opportunitatem nobis praebens, qua usi vilissimorum hominum plurimos gladio obtruncavimus, alios ce- p. 5.
pimus; reliqui ignominiosae et turpi fugae se mandarunt. Exercitus fidelium autem victoria reportata et rebus praeclare gestis laetus domum repetiit."

CAPUT II.

EXPUGNATIO URBIS BOSTH ANNO CCCLXVII., QUAE RES INITIUM EST IMPERII GASNEVIDARUM.

Aun. Ar. 367. inc. 18. Aug. 977.

Urbis Bosth praeses, Toganus appellatus, homini cuidam, cui Baithusi nomen erat, provinciam suam invadenti quum resistere nequiret, provincia sua deserta ad Nasireddinum confugit, atque ab eo auxilium petiit ad hostes ex sua ditione expellendos, pollicens, se fideliter illi serviturum atque idoneam pecuniae summam quotannis pensurum et quandocunque necesse esset, ad illum accessurum inque eius domesticis et familiaribus suum locum occupaturum et p. 6.
officiis suis perseveranter satisfacturum, postremo filiorum unum obsidem apud illum relicturum esse. Huic rogationi Nasireddinus ex ea, qua praeditus erat, liberalitate et benignitate annuit et valido

cum exercitu Bosthum contendit. Ibi atrox proelium pugnatum est, utroque exercitu strenue rem gerente, donec Emir Nasireddinus ex media exercitus sui acie prorumpens copias hostiles in angustias urbis compulsas partim trucidaret, partim in fugam coniiceret. Ita Toganus in suam dignitatem restitutus beneficium ab Emiro Nasireddino in se collatum lingua satis extollebat atque gratum animum testabatur, sed quae promiserat perficere in dies differebat et pecuniae summam quam pollicitus erat numerare recusabat, adeo ut fraus et dolus satis manifesto apparerent. Aliquando quum in campestri quodam loco una essent, (3) Toganus Nasireddino de promissa pecuniae summa numeranda ipsum admonenti non solum indecenter respondit, sed etiam eo usque proterviae processit, ut gladio stricto Nasireddini manum vulneraret. Hanc expertus perfidiam Nasired-
p. 7. dinus manu licet saucia Toganum gladio petiit; quin etiam in eo iam erat, ut secundo ictu eum conficeret, quum concursus utriusque exercitus factus est eaque res a consilio exsequendo Nasireddinum avertit; iussit vero Nasireddinus suos Toganum cum sociis loco pellere, quod quum fieret, unius horae spatio ista regio liberata est. Tum Toganus et Baithusus discesserunt et in Kirmanam se contulere, neque in somno quidem suam provinciam rursus conspexere.

Ex praecipuis, qui cum Emiro Nasireddino [Gasnam] venere, huius regionis viris, fuit Abulfathahus Bosthensis, qui omnibus in disciplinis, praecipue eloquentia et poesi, neminem suo tempore habebat sibi parem et aequalem. Fuerat ab epistolis Baithuso, illoque ex hac regione expulso in latibulum se abdiderat. Inde Nasireddinus
p. 8. de eximiis hominis virtutibus certior factus eum protrahi iussit, et quum ad thronum excelsum accederet maxima cum gratia et be-

(3) Scilicet venantes, در صحراء شکار, ut ait Ferischthah.

nignitate excepit splendidisque promissis exhilaravit. Eundem etiam in aula sua Abulfathaho locum assignavit, quem penes Baithusum tenuerat. Reliqua narrabimus ipsius Abulfathahi Bosthensis verbis: ,,Quum Emir Nasireddinus, praeterquam quod scribae munus mihi mandaret ac eximio me distingueret honore, etiam tabularium Divani, ubi imperii arcana asservantur, in meam custodiam committeret, tum ita mecum cogitavi: ,,Hic rex satis imprudenter meas opes auget, quippe quum ille, cui antea serviebam, ipsius hostis fuerit. Enimvero eam ipsam ob causam, si quis invidus perniciem mihi moliretur, facile fieri posset, ut sagitta malitiae eius scopum feriret." Itaque ad principem accessi et his verbis locutus sum: ,,Vires servi haud pares sunt gravissimo muneri, cui Dominus illum praefecit. Quare rogat servus, ut sibi aliquamdiu a muneris officiis otium concedatur et locus assignetur, ubi sub principis tutela vitam agat. Quando Dominus perfectum otium nactus fuerit a Baithuso, tum servus ad- p. 9.
mittatur ad honorem manus osculandae et inter ministros regios recipiatur; quo fiet, ut liber et immunis futurus sit a gravissimo suspicionis malo." Quod quum Emiro Nasireddino placuisset, is Rochdschum concedere ibique mandatum suum exspectare me iussit, ut vocatus statim ad ipsius curiam venirem. Ego igitur eo profectus in umbra otii vixi, donec Sultanus me ad se vocavit. Tum ad illius curiam properavi multisque beneficiis ab illius clementia ornatus sum."

Abulfathahus tabellarii publici custodiam tenuit usque ad initium imperii Mahmudi. Ab hoc principe propter causam, quam nescimus, sibi timens in Turkesthanum secessit, ubi sol vitae eius ad occasum pervenit. (4)

(4) Eadem fere quae Mirchondus etiam Ferischthah verum brevius et contractius tradit de

p. 10.

CAPUT III.

EXPUGNATIO URBIS KASDAR ET ALIAE NASIREDDINI EXPEDITIONES IN HINDOSTHANUM SUSCEPTAE.

Urbs Kasdar (5) in vicinia imperii Nasireddini sita erat, eiusque praeses arcium firmitate lasciviebat et regionis tranquillitate ac fertilitate exsultabat. Itaque Nasireddinus cum exercitu ditionem eius invasit, urbem obsidione cinxit atque ipsum principem captivum fecit; sed eximia benignitate adductus comiter eum habuit et provinciam illi reliquit ea conditione, ut annuum tributum penderet et suggestus ac nummos nominibus Nasireddini insigniret.

Ita rebus Kasdari constitutis ad impugnandos infideles se accinxit et Hindosthanum ingressus multas arces expugnavit, ad quas
p. 11. numquam antea Islami vexilla pervenerant. Dschipalus Hindosthani imperator res a propugnatoribus verae religionis in imperio suo gestas quum videret, mirum in modum haec calamitas eius animum afflixit et perturbavit. Intelligebat enim, si remedium contra hoc malum non reperiret, patrium regnum haud dubie perditum iri. Copiis suis igitur coactis regiones Islamiticas invasit, confisus robore et opibus suis, innixus militum multitudini et superiori defensorum suorum numero. Is quum Lamganum transiisset, Nasireddinus hac de re certior factus tantum exercitum collegit, ut eius multitudine montes et plana terrerentur; atque cum immensis his copiis

---

urbe Bosth expugnata et de Abulfathaho Bosthensi, in interpretatione Briggsii p. 14. 15. Mirchondus suam narrationem ex Othbii chronico hausit; vid. Tharich Iemini in libri *Notices et extraits des Manuscrits de la Bibliothèque du Roi* T.VI. p. 330. 331. De urbe Bosth vid. ibidem Silvestre de Sacy et Briggsius ad Ferischthahum p. 15.

(5) In historia Ferischthahi ex interpretatione Briggsii legitur Kandahar, in nostris huius libri codicibus et in Alexandri Dow interpretatione (*History of Hindostan. Lond.* 1812. 8. T. I. p. 21.) rectius قصدار.

Gasna exiit. In utriusque regni confiniis duces convenere et plura proelia fecere ita cruenta, ut telluris superficies caesorum sanguine rubini colorem contraheret et utriusque exercitus leones atque utriusque regni bellatores fortes in proeliis vulnerarentur et miseriae laqueo constringerentur. Sultanus Iemineddaula Mahmudus, licet adhucdum puer, tanta fortitudinis et strenuitatis documenta exhibuit, p. 12. ut omnium mentes et sensus obstupefierent.

In vicinia autem loci, ubi infideles castra sua habebant, erat fons instar solis purus et splendidus, in quem quotiescumque quisquiliae iniicerentur, exoriebatur strepitus horrendus et tonitru vehemens, ventisque in adversum flantibus atrox frigus nascebatur. In hunc igitur fontem Nasireddinus quisquilias iniici iussit; quo facto tenebrae spissae obortae sunt, lux diurna exstincta tantumque frigus natum est, ut sanguis in venis rigesceret. Quae stupenda res quum fieret, Indi amplius resistere non audebant, trepida mente mortem certam instare sibi videntes. Dschipalus igitur supplex ad victoris gratiam confugiens pretium pro salute statim solvendum et tributum annuum multosque elephantes obtulit, atque alia omnia quae Sultanus a se posceret perfecturum eiusque mandatis pariturum se esse pollicitus est. (6) Emir Nasireddinus ex insigni, quae animo eius inerat, be-

(6) Non legitur haec fabula de fonte miraculoso in Excerptis ex Tharich Iemini, quae Silvestrii de Sacy industriae debemus, quamquam Mirchondus sua de hac Sobokthegini expeditione ex illo Chronico hausit; reperitur vero eadem in Ferischthahi historia. Vid. Alexandri Dow *History of Hindostan* T.I. p. 23. et *History of India by John Briggs* T.I. p. 16. Ceterum quae in Chronico Iemini in hoc loco leguntur verba مربط فيل synonyma sunt verbis زنجير فيل, quibus Mirchondus utitur. In utraque vero dictione prior vox redundat quemadmodum سر et alia huius generis vocabula; de voce زنجير ita quidem exponit Sultanus Audi in هفت قلزم T.III. p. 59.: وفيلرا نيز زنجير نويسند چنانكه اسپرا راس وشترا نفر وبازرا دست وشمشيررا قبضه على هذا القياس. De Dschipalo (Tharich Iemini: Haibal) haec refert Ferischthahus: وجيبال بن بيسال (in altero cod. هتپال) كه از ذات براهمه بود وولايت لاهور از سهرند تا لمغان

p. 13. nignitate paci cum eo componendae annuebat, sed Iemineddaula Mahmudus renuebat ita loquens: „Pacem cum nefandis istis hominibus componere alienum est a defensione fidei," eoque in hac sententia pertinaciter perstante, Dschipali legatus tristis ad suos reversus est, et quae a Iemineddaula audierat ad dominum retulit. Dschipalus autem quum nullum aliud rerum afflictarum praesidium reperire posset, iterum legatum misit, suppliciter pacem rogans.

Versus.

Si quis tuam clementiam implorat, ne illi deneges;
Veniam enim indulgere praestat quam pugnare.
Noli propter infirmitatem illos aggredi
Qui animum aliquando possint erigere.

Argumentum autem orationis legati erat hoc: „Vobis cognita est Indorum ignorantia et pertinacia, neque ignoratis eos in calamitatibus et angustiis mortem minime extimescere. Quare quum nulla alia causa nisi praedae opumque nostrarum, atque ancillarum, liberorum et elephantum cupiditate ducti pacem nobis negetis; constituimus, si omnis salutis inveniendae spes excisa nobis fuerit, omnia
p. 14. quae nobis sunt igne concremare et nos invicem propria manu occidere, adeo ut nihil superstes futurum sit nisi terra et cinis." Quum Nasireddinus bene intelligeret, hanc vere esse Dschipali mentem, filio suo Iemineddaulae Mahmudo persuasit, ut ab exigenda ultione desisteret, atque ita deinceps rem cum Dschipalo composuit, ut is statim millies mille denarios et quinquaginta elephantes in redem-

---

واز کشمیر تا ملتان در حوزهٔ تصرف او بود ودر آن مدت جهت مزاحمت حکام اسلام در قلعهٔ تهیده (in altero cod. بهتنده) توطن داشت i. e. „Dschipalus filius Bisali (Hithpali; Dow p. 23.: Hispal; Briggs p. 15.: Hutpal), qui erat ex tribu Brahminorum et terrae Lahur dominabatur inde a Sahrendo (Dow: *from the mouth of the Indus;* Briggs: *from Surhind*) usque ad Lameganum et a Kaschmiro usque ad Multanum, impugnandorum principum Moslemicorum causa tunc in arce Thehideh (Behthedseh; Briggs: Bitunda) morabatur."

tionis pretium praestaret, deinceps plures arces et urbes imperii Indici praefectis a Nasireddino mittendis traderet, optimatiumque et ducum copiarum aliquot remanerent, donec Dschipalus imperata perfecisset. Itaque pars exercitus victoris cum Dschipalo abiit ad occupandas arces, quas ille tradere pactis tenebatur. Sic pace firmata et foedere stabilito alter ab altero discessere. Dschipalus autem quum in locum tutum pervenisset et in regni sui medio pedem fixisset, foedere fracto fidem fallere in animo habens inimicitiam manifestavit, neque copiis ad loca, quae Emiro se traditurum pollicitus erat, occupanda cum illo egressis redeundi licentiam dedit, tantum aberat, ut regionem ipsis traderet; ita namque locutus est: ,,Quamdiu Nasir- p. 15.
eddinus illos, quos obsides apud se retinuit, non remisit, neque ego hos homines remittam." (7) Cuius rei fama quum ad Nasireddinum pervenisset, illa tam atrox ipsi visa est, ut initio narrantibus fidem non haberet; quo magis brevi post, quum rem utique veram esse cognovisset, vehementi ira animus eius commotus est, et graviter hanc iniuriam ulcisci decernens copiis collectis ditionem perfidi et scelesti hominis ingressus, quocumque veniret, trucidabat, praedabatur, in vincula rapiebat, templa idolorum destruebat inque eorum locis aedes sacras Mohammedicas aedificabat. Quarum rerum prospere gestarum fama per omnes regiones divulgata est. Inter ceteras regiones etiam Lamganum mirum in modum incolis et habitationibus frequentatum expugnavit. Post has res gestas regni sedem Gasnam repetiit. Ita quum Dschipalus imperium suum afflictatum videret, litteris querulis per omnes regni Indici provincias missis

(7) A Ferischthaho Dschipalus narratur foedus cum Sobokthegino initum violasse, spreto consilio et Brahminorum et praefectorum militiae (Kschatrorum کھتری), qui suaderent, ut pacem cum Sobokthegino servaret. Vid. Dow p. 24. et Briggs p. 17.

opem et auxilium rogavit, quo factum est, ut exercitu centies mille
p. 16. fere hominum coacto terram Islamiticam invaderet. (8) Qua re cognita Emir Nasireddinus animi et fiduciae plenus ipsi obviam profectus est. Proelio inter utrumque exercitum instante Emir Nasireddinus collem nefandis istis hominibus imminentem ascendit, eorum numerum et apparatum exploraturus, atque mare conspexit infinitum et copias formicarum locustarumque agmina numero aequantes. Quo viso instar leonis qui onagrorum numerum nihili curat, vel lupi quem ovium multitudo audaciorem reddit, maiorem concepit animum. Convocatos igitur copiarum duces et viros strenuos magnis praemiis et redituum incrementis promissis ad fortiter vilissimos istos homines impugnandos excitavit. Tum res ita disposuit, ut singulae quingentorum hominum manus alternatis vicibus cum hoste proeliarentur, omnesque istae manus strenue et fortiter pugnarent. Ex illius igitur mandato quingentenis hominibus, quum pugnam aliquamdiu sustinuerant, recens quingentorum hominum manus succedens fortiter pugnabat. (*) Idololatris tandem in fugam et pavo-

---

(8) Addere lubet haec a Ferischthaho narrata: جیبال برین حال وقوف یافته از راجهای هند استعانت نمود وراجها مدد اورا موجب بقای دولت خود تصور کرده در فرستادن لشکر وخزینه والات حرب تقصیر نکردند خصوص راجهء دهلی واجمیر وکالنجر وقنوج که خلاصهء لشکر خودرا با خزانهء خوب روانه پنجاب ساختند وجیبال صد هزار سوار وپیاده بیرون از شمار وفیل بسیار در ظل رایت خود مجتمع دیده روی بدیار اسلام نهاد i. e. „Hanc rerum suarum conditionem quum animadverteret Dschipalus, regum Indicorum auxilium imploravit, atque illi reges quum iudicarent, opem, quam Dschipalo ferrent, ad suam quoque dominationem conservandam proficuam fore, in copiis, pecunia instrumentisque bellicis ipsi submittendis haudquaquam segnes fuere; imprimis reges Dehliae, Adschmiri, Kalindschuri et Kanudschae, qui militum suorum lectissimos cum larga pecunia in Pendschabum misere, adeo ut Dschipalus centies mille equites innumerosque pedites et multos elephantes ad sua vexilla collectos conspiceret, quibuscum provincias Moslemorum invadere constituit."

(*) In persicis hoc ita enunciatur: „manum pugnae ex manica strenuitatis protrahebat."

rem coniectis verae fidei propugnatores in unum coiere et magnum vilissimorum hominum numerum in Orcum detrusere. Qui gladium p. 17. evaserunt, fuga dispersi sunt. Immensa praeda Moslemi potiti sunt maximaque Hindosthani pars Emirum Nasireddinum imperatorem agnovit, eiusque nominibus faustissimis huius regionis templorum suggestus et nummi ornati sunt. Caterva etiam Afganorum et Chaldschorum his in regionibus oberrans postquam Nasireddini partibus se adiunxit, (9) Indi demissis animis eam lubenter acceptavere pacis

(9) „*Un grand nombre d'Afgans et de Khaladjes qui y avoient leurs établissemens, s'attachèrent à son service, et il (Sobocthégin) les laissa jouir de ce qu'ils possédoient, à la charge de lui fournir cent mille cavaliers toutes les fois qu'il en auroit besoin pour quelque expedition.*" Kitab Iemini in *Notices et Extraits* l. c. p. 334. 335. De Chaldschis, gente Turcomanica (*Khiljies* apud Briggsium p. 19.), vid. Herbelot *Bibliothèque or.* v. *Khalag.* De belli quod a Sobokthegino adversus Dschipalum gestum est, exitu haec tradit Ferischthahus: القصه بنابر فرموده ناصر الدين امراء بر سبيل نوبت شروع در كارزار كرده بجايى رسانيدند كه با وجود آن كثرت اثار ضعف ودرماندگى در بشرهء جيبياليان ظاهر گشت درين وقت حاميان حوزهء اسلام بهيئت اجتماعى بر ايشان حمله آورده خلق بيشمار از كفار بقتل رسانيدند وبقيه السيف روى بگريز نهادند مسلمانان تا كنار آب نيلاب تعاقب نموده اكثر آنهارا هلاك ساختند وغنايم بسيار بدست مسلمانان افتاده مملكت لمغان وپيشاور تا كنار آب نيلاب بتصرف عمال مسلمانان در آمد مساجد وشعاير اسلام در آن ولايت رواج يافته خطبه وسكه بنام همايون او خوانده شد وبعد ازين فتح امير ناصر الدين يكى از امراء خود با ده هزار سوار (در پيشاور (alter cod. addit نگاه داشته وجماعت افغانان وخلجرا كه صحرا نشين آن حدود بودند در زمرهء حشم خود در آورده بدولت وسعادت بغزنين توجه فرمود i. e. „Itaque Emiri, sicut iusserat Nasireddinus, in pugna sibi succedentes eo rem adduxere, ut Dschipali copiae licet valde numerosae pugnam diutius ferre nequirent. Tum Moslemi iunctis viribus eos adorti sunt magnumque eorum numerum interfecerunt, quique gladium evasere fugam capessiverunt. Moslemi usque ad ripam amnis Nilab fugientes persecuti, magnam eorum stragem edidere atque ingenti praeda potiti sunt. Provinciae vero Lamgani et Peischaveri usque ad ripam amnis Nilab ab illo inde tempore a praefectis Moslemicis administratae sunt, templa caeremoniaeque Moslemorum in his regionibus ubique locum cepere, atque Nasireddini nomen augustum et in precibus publicis et in monetis apparuit. Qua quidem victoria parta Nasireddinus uni ex suis Emiris cum decem millibus equitum provinciam Peischaveri commisit, ipse postquam catervam Afganorum et Chaldschorum, qui in his terris loca campestria incolebant, in fidem

legem, ut in suis sedibus manere et a Moslemorum incursionibus vitam tranquillam et securam agere ipsis liceret.

Emir Nasireddinus autem post occupatum et constitutum Hindosthani imperium, ab Emiro Rasi Abulkasimo Nuho filio Mansuri Samanida advocatus in Chorasanum et provinciam Transoxanam contendit, huic principi opem et auxilium allaturus, ubi res sane egregias perfecit supra iam narratas. (10)

Hac igitur ratione postquam Nasireddinus imperium et religionem diligenter defenderat, ille qui omnes voluptates destruit (mors) ex insidiis in eum velociter prosiluit. Mense scilicet Schaban (octavo
p. 18. Arabum mense) anni CCCLXXXVII Emir Modschahed Gasi (princeps
Ann. Ar. 387 inc. pro religione pugnans, victor) Nasireddinus Sobokthegi-
13. Ian. 997. nus in paradisum transiit. Favore suo Deus illum amplectatur! (11)

CAPUT IV.

IMPERIUM EMIRI ISMAELIS, FILII EMIRI NASIREDDINI, QUAEQUE CONTRA ILLUM FRATER SAIFEDDAULA MAHMUDUS PEREGIT.

Emir Nasireddinus dum aegrotabat filium suum Ismaelem haeredem instituit illique commisit familiam et gynaeceum, atque opes, quas relinqueret, itidem illi tradidit. Nasireddino igitur mortuo omnes imperii magnates, milites et aulici Ismaelem dominum et principem agnoverunt. Hic omnes patris thesauros in milites effudit; neque tamen hac effrenata illius prodigalitate eorum cupiditas et

---

acceperat, felix fortunatusque Gasnam reversus est." Ibn Haidarus de hoc bello eas tantum res tradit quae apud Mirchondum leguntur.

(10) Vid. Mirchondi histor. Samanidarum p. 114. sq.

(11) De morte Emiri Sobokthegini vid. Kitab Iemini l. c. p. 365. 366. et Abulfedae annal. moslem. T. II. p. 596. Ferischthah ex interpret. Briggsii l. c. p. 22. 23.

avaritia expleta est, immo plura concupiscebant, adeo ut tandem tota eius res familiaris dissiparetur. Omnino autem ille propter ingenii imbecillitatem imperio et regno impar erat. Saifeddaula (12) igitur quum patris obitum comperisset, de bello statim cogitans, p. 19. litteras ad fratrem scripsit, quas Abulhasanus Hamuli (13) ad illum pertulit huiuscemodi argumenti: ,,Quum Emir Nasireddinus, cui Deus omnia peccata remittat, qui infelicibus erat asylum et in calamitatibus praesidium, fato functus sit, mihi iam in hoc mundo nemo te potior est. Itaque propter egregiam indolis tuae suavitatem et mentis eximiam sagacitatem, nihil omnino, quod optare po-

---

(12) De Saifeddaulae Mahmudi nativitate haec tradit Ibn Haidarus: در جامع الحکایات مسطورست که امیر ناصر الدین سبکتکین در شب پنجشنبه دهم محرم سنه احدی وستین وثلثمایه در دیوانخانه بر فراش استراحت غنوده بود در عالم خواب چنان مشاهده نمود که از میان خانه او نهالی بر آمد وآن درخت مرتبه مرتبه بزرگ شد بمثابه که تمام خانه اورا بشاخ وبرگ خود پوشانید از هول آن از خواب بیدار گشته با خود اندیشه داشت که مقارن حال یکی از خدمتکاران حرم بشارت قدوم محمود آورد وسبکتکینرا غنچه شادمانی بر شاخسار کامرانی شگفته شد وامیدوار گشته آن فرزند ارجمند مسمی محمود گردید i. e. „In libro Dschami el-hikaiat (i. e. collectione narrationum) legitur, Emirum Nasireddinum Soboktheginum nocte, quae diem Iovis decimum diem mensis Moharrem anni trecentesimi sexagesimi primi (1. Nov. 971) antecessit, quum in palatio in lecto decumbens dormiret, hoc vidisse somnium. Scilicet ex medio palatio surculum conspexit progerminantem qui sensim sensimque in arborem excrevit tantae amplitudinis, ut eius rami et folia universam domum obtegerent. Quo quidem somnio perculsus quum expergefieret et quae viderat secum reputaret, ipso illo tempore ad eum pervenit unus ex ministris gynaecei laetum afferens nuncium de Mahmudo in lucem edito. Itaque Sobokthegino calyx gaudii adeo effloruit atque se explicuit, ut ramosa felicitatis arbor evaderet; filius vero nobilissimus quum laetissimam de se spem faceret nomen Mahmudi accepit." Idem somnium narratur a Ferischthaho ex interpret. Briggsii l. c. p. 33.

(13) Idem homo appellatur ab Ibn Haidaro hoc quidem loco ابو الحسن جوبی, verum infra جموئی, a Ferischthaho ex lectione utriusque codicis quo utimur ابو الحسن خموی, apud Briggsium (p. 27.): Abool Hussun Iumvy (جموی).

teris, sive mandatorum tuorum promta exsecutio, sive opes, sive provinciae, sive apparatus bellicus, sive exercitus, tibi denegatur. At vero satis constat iustam aetatem, rerum bellicarum peritiam et copiarum ducendarum experientiam praecipua esse praesidia ad regnum servandum. Quodsi igitur tanto et tam difficili negotio par esses, nemo me tibi foret addictior et obedientior. At quum pater me absente haec ita constituerit, cum propter ipsam meam absentiam, tum etiam, quia verendum esset, ne aliqua calamitas ingrueret, res turbarentur et imperium dissolveretur, nunc quidem nihil potius est quam ut, sicut sagaciam tuam decet, rerum statum prudenter perpendas veraque a falsis discernas, adeo ut levissimae huius mundi res [quas pater reliquit] iusta et aequa ratione
p. 20. dividantur. (14) Gasnam igitur, initium felicitatis, principium dominationis, sedem magnatum imperii, mihi trade, quo facto ego invicem vel Balchum vel Chorasani provinciam tibi concedam." Haec amica verba Emir Ismael non admisit, ad bellum enim et inimicitiam eius animus obstinatus erat. Emir Saifeddaula Mahmudus igitur, non ita belli et proeliorum cupidus, licet quaevis tentaret ad pacem servandam, ad finem suum non pervenit, postque frustra adhibitam amicam adhortationem extremam medelam, ustionem scilicet, experiri et fratris res funditus evertere constituit. Quo consilio capto, Abulharetsum Bocharae principem Samanidam litteris certiorem reddidit, apud se iam constitutum esse Gasnam contendere; tum Nischapuro relicto Heratham profectus est. Inde de-

(14) Loco verborum quibus Mirchondus utitur: وآنچه حطام دنیاست بر مقتضی شریعت قسمت رود Ferischthahus ponit: وآنچه از متروکات پدر است بر وجه شریعت قسمت کنی. Simili fere modo Ibn Haidarus: وآنچه از متروکات پدر مانده بر وجه شریعت قسمت کنی.

nuo litteris ad fratrem Ismaelem missis amica compositione rem transigere tentavit, sed quum similiter voto excidisset, iam vidit, inimicitiae filum nonnisi hastae acie discindi posse; quare in reprehensionum obiurgationumque locum gladiorum et hastarum ictus successere. Saifeddaula Mahmudus igitur patruum Bagradschekum p. 21. in auxilium advocavit, qui sine mora et causatione advenit. Etiam frater Nasr magnatibus Mahmudi sine fraudis suspicione se adiunxit atque propter amicitiae atque amoris fraterni sinceritatem eius vexilla victoriam ferentia secutus est. Emir Ismael autem quum Sultanum Mahmudum Gasnam tendere comperisset, ipse pariter Balcho in hanc urbem festinavit, ut fratri resisteret. At vero magnates et Emiri Ismaelis Saifeddaulam de fide qua ipsi adhaererent certiorem fecerunt. Quum proelium instaret, mediatores et intercessores quidem omni opera annisi sunt, ut fratres conciliarent; at decreto coelesti ita iubente calamitas et infortunium averti nequibat. Emir Saifeddaula igitur pugnatoribus suis lustratis ordines disposuit, atque ab altera parte Emir Ismael cum suis mancipiis patrisque militibus et sodalibus se illi opposuit, mediamque aciem et alas elephantibus tam monstrosis, ut montium magnitudinem p. 22. referrent, instruxit. Deinceps utraque acies strictis gladiis tantam caedem fecit, ut ensis, licet ferrei cordis, propter internecionem pugnatorum fortium lacrymas sanguineas emitteret. Saifeddaulae ipsius impetu omnes terrae regiones concutiebantur, adeo ut Ismael tandem exercitu fugato in Gasnam arcem fugeret, unde securitate accepta descendens thesaurorum claves fratri Saifeddaulae tradidit. Is omnes quas in arce inveniebat opes sibi vindicavit, res afflictas restituit, omnibus officiis et administrationibus suos homines praeposuit et Schehnam Kahirum, praeclarum hominem, urbi Gasnae, quae initium potestatis huius familiae erat, praefecit; atque

postremo Ismaele in gratiam recepto cum exercitu suo copioso Balchum repetiit. (15)

p. 23.

CAPUT V.

SULTANATUS IEMINEDDAULAE MAHMUDI AMIN EL MILLAH, FILII SOBOKTHEGINI.

Sic re cum Ismaele confecta, Saifeddaula, ut provinciam Chorasani et copiarum imperium impetraret, Balchum protinus contendit, in nullo alio loco castra collocans. Quae autem tum inter Sultanum et Abulharetsum Mansurum Nuhi filium eiusque fratrem Abdolmalikum acta sunt, iam in Samanidarum historia narravimus. (16) Provincia igitur Chorasani ab hostium vexationibus libe-

(15) „Comitante ipsum fratre Ismaele (برادر خود اسمعیلرا همراه داشت)," addit Ibn Haidarus. De iis quae deinceps Ismaeli accidere haec tradit Ferischthahus: گویند چون امیر اسمعیل روزی چند در مصاحبت برادر بسر برد وقتی در مجلس انس سلطان تقریر انگیخته از وی پرسید اگر ترا طالع مساعدت نمودی وبدست تو گرفتار می شدم در بارهٔ من چه می اندیشیدی اسمعیل جواب داد که خاطرم بر آن قرار یافته بود که اگر بر تو ظفر یابم ترا در یکی از قلاع محبوس گردانم واز اسباب فراغت ورفاعیت آنچه مدعا داشته باشی ترتیب نمایم سلطان محمود بعد از اطلاع بر مکنون ضمیر برادر در آن مجلس دم در کشیده پس از روزی چند در یکی از قلاع جورجان محبوس ساخت واز موجبات فراغ بال آنچه بایست برای او مهیا فرمود وامیر اسمعیلرا چنانچه اندیشیده بود اوقات حیات در آن محبس بپایان رسید i. e. „Ferunt Sultanum, postquam Ismael aliquamdiu in eius comitatu versatus esset, aliquando in familiari convivio fratrem, confirmato eius ad veritatem profitendam animo, interrogavisse, quid de fratre facturum se esse constituisset, ubi ipsi secunda fortuna contigisset et Mahmudus in eius captivitatem incidisset; tum Ismaelem his verbis respondisse: Si possem te superare, in aliqua arce te includerem omnia, quae ad vitam commode et suaviter agendam posses desiderare, tibi suppeditans. Hac igitur ratione quum secretam fratris sui mentem comperisset, Sultanus in hoc quidem convivio suam indignationem cohibuit, verum aliquot diebus post fratrem in arce quadam Dschordschani inclusit omnia, quae ad animi eius tranquillitatem tuendam pertinerent, prout par erat ipsi subministrans. Atque Emir Ismael ita, quod fratri se paraturum esse meditatus erat, in illo carcere dies vitae transegit." Vid. infra cap. XVII.

(16) Vid. Mirchondi histor. Samanid. p. 138. sq.

rata, quum totus terrarum orbis tympanorum imperii ipsius strepitu resonaret, Chalifa Bagdadensis Kaderbillahus Abbasida vestem tam pretiosam Sultano Mahmudo misit, qualem nullus umquam Chalifa alicui principi donaverat, et agnominibus Iemineddaula (dextrae imperii) et Amin el millah (defensoris fidei) illum honoravit. Emiri autem et magnates Chorasani, dignum quisque in eius concilio locum accipientes, libenter ipsi parebant. Etenim ille muneribus et donis regia liberalitate haud indignis eorum animos sibi devinciebat, p. 24. et omnino ita beneficus et liberalis erat, ut et a nobilibus et ab ignobilibus quam maxime diligeretur. Vovit autem, se unam quotannis expeditionem bellicam in Indiam esse suscepturum.

Interim Ilekchanus (rex Kaschgari) provincia Transoxana expugnata reges Samanidas eorumque liberos et familiam ceperat, quod supra iam expositum est. ([17]) Quam rem prospere gestam litteris Sultano nunciavit, simulque eum de Chorasani expugnatione gratulatus mutuam societatem et amicitiam rogavit. Itaque inter utrumque principem amicitia firmata est.

Sultanus eo tempore quo ad sedandas turbas, quas Monthaserus excitaverat, Nischapurum profectus erat, Abul Taibum Sahl filium Sulaimani Saluki, qui Imam Hadits ([18]) (i. e. Imam Sunnita) erat, ad Ilekchanum misit, ut illius filiarum nobilissimarum unam in matrimonium sibi expeteret. Is immensam et innumeram copiam filorum aureorum, hyacinthorum genuinorum, monilium margaritis et corallis ornatorum, vestium, ovorum ambri, vasorum argenteorum et aureorum, quae plena erant odorum floris dactyli, p. 25. aliaque quae terra Indica profert iucunda, ut arbores aloës, gladios

([17]) Vid. Mirchondi histor. Samanid. p. 146. sq.

([18]) Ibn Haidarus et Ferischthahus: که از ایمهء اهل حدیث بود.

coruscantes, elephantes ad bellum doctos stragulis et cingulis tam splendentibus ornatos, ut eorum splendore oculus intuentium perstringeretur et praeterea equos praestantissimos apparatu et frenis aureis instructos ad Ilekchanum pertulit. ([19]) His cum muneribus Imam Abu Taib in Turkesthanum perveniens summis cum honoribus exceptus et Uskendi ([20]) moratus est, donec rem perfecerat. Ita mandatum feliciter exsecutus, cum unionibus marinis, quos urinatores colligunt, et pretiosissimis quas illa terra profert rebus, auro puro et argento splendido, puellis Chataicis virginibusque Sinicis lunae pulchritudinem referentibus, pellibus mustelarum erminearum et zibellinarum multisque aliis donis eximiis ad Sultanum reversus est. Sic longum per tempus amicitia inter Sultanum et Ilekchanum substitit, donec fatis adversis et obtrectatorum malignorum artibus amor mutuus tolleretur atque inimicitia et odium succederet. (*)

p. 26.

CAPUT VI.

SULTANUS OPPUGNAT BAHATIAM EAQUE CAPTA IN MULTHANUM CONTENDIT.

Ann. Ar. 393 inc. 9. Nov. 1002.

Chorasano et Sisthano in ditionem redactis Iemineddaula Mahmudus Multhanum reliquit et Bahatiam ([21]) profectus est. Haec

([19]) Iisdem verbis utuntur Ibn Haidarus et Ferischthahus ubi horum munerum mentionem faciunt, nisi quod in initio huius loci ponunt پیش از حد ونهایت نفایس جواهر از یواقیت ولعلهای قیمتی et verba تختهای جامه omittunt.

([20]) Sic etiam in Ibn Haidari codice hoc nomen legitur. Duorum Ferischthahi codicum quibus utimur alter ponit اوزکند, alter اورکند; Briggsius (l. c. p. 37.): Orkund.

(*) In persicis legitur: „donec adversitate temporis et studiis malignorum plateae huius amoris obscurae fierent, atque haec amicitia odio finiretur."

([21]) De situ huius urbis haec docemur ab Ibn Haidaro: بهاطیه که از بلده مشاهیر خط هندوستانست قریب بملتان i.e. „Bahatia, quae est una ex urbibus celebrioribus Hindusthani prope Multhanum."

autem urbs munita erat muro tam celso, ut ad eius pinnas vultures pertingere nequirent et circumdata fossa, quae altitudine et latitudine Oceano nihil inferior erat. Illius princeps, cui Bahira (22) nomen erat, militum et elephantum numero superbiens summa quaevis affectabat. Is Sultani adventu comperto cum militibus et asseclis urbe egressus exercitui fidelium ex adverso aciem disposuit. Tribus diebus ambiguo eventu pugnatum est; quarto die ipse Sultanus vehementem impetum fecit atque multis elephantibus captis infideles in fugam coniecit, et deinceps urbis oppugnationem incepit. Bahira fossa mox a Moslemis completa in sylvam quandam huius regionis perfugit, qua quidem sylva ab illis, quos ad ipsum p. 27. persequendum Sultanus miserat, cincta, conterritus pectus suum sica transfodit. Centum et viginti elephantibus immensaque praeda Sultanus eiusque milites potiti sunt, atque haec regio in Mahmudi ditionem pervenit. Sed neque Moslemis haec expeditio incruenta fuit. (23)

Hac igitur re perfecta, Sultanus in Multhanum contendit, quoniam de huius provinciae praefecto, Abulfathaho, res sane non tolerandae ipsi indicatae erant. (24) Quum vernum autem tempus

Ann. Ar. 396 inc. 7. Oct. 1005.

---

(22) Ferischthahus: وراجهء آنجا بحیرا نام داشت. Eodem modo hoc nomen legitur apud Ibn Haidarum. Briggsius (l. c. p. 39.): Beejy Ray (بجیرا). Dow (l. c. p. 39.): Bachera. Hunc principem et praefectos quos Mahmudus in India constituerat molestasse et debitum Anindpalo, filio Dschipali, obedientiam recusasse Ferischthabus auctor est.

(23) Vid. Ferischthahi hist. ex interpretat. Briggsii l. c. p. 39. 40. ubi paulo copiosius hoc bellum narratur. Numerus elephantorum a Sultano Mahmudo captorum et in nostris Ferischthahi codicibus et apud Briggsium legitur fuisse 280 (دویست وهشتاد فیل), apud Dow (l. c. p. 40.), sicut apud Mirchondum: *hundred and twenty elephants.*

(24) De Abulfathaho haec traduntur a Ferischthaho: ودر سنه ست وتسعین وثلثمایه عزیمت تسخیر ملتان نموده باحضار لشکر فرمان داد چه والی ملتان شیخ حمید بود با

esset atque multae viae propter nimias aquas transiri nequirent, Sultanus ad Dschipalum, qui maximam Hindosthani partem tenebat, legatum misit atque ab eo petiit, ut liberum per suas provincias iter copiis Moslemicis concederet. Quod quum ille negaret, Iemineddaula vehementi commotus ira, bellum illi inferre decrevit. ([25])
p. 28. Ita eodem tempore duabus expeditionibus susceptis in Dschipali ditione omnia agi ferrique, gladio et igne vastari iussit, quo factum est, ut Dschipalus ex angustiis in angustias pulsus tandem in Kaschmiri provinciam perfugeret. Haec Dschipalo, potentissimo Indorum regi, contingere videns Abulfathahus Multhani praefectus cum omnibus opibus et thesauris in Serandibum (Ceylon) secessit.

Sultanus Multhanum ingressus incolarum animos exploravit, quos quum ad contumaciam destinatos deprehendisset, urbem quae caput provinciae erat obsidione cinxit, eaque vi expugnata incolis viginti millia drachmarum, contumaciae, inimicitiae et seditionis mulctam, imperavit. ([26]) Harum rerum a Sultano prospere gestarum

---

امیر ناصر الدین طریقهٔ اخلاص مسلوک داشته خدمات شایسته بتقدیم میرسانید وبعد ازو نبیرهٔ او ابو الفتح داود بن نصر بن شیخ حمید که از ملاحده بود در اوایل نسبت پدران عمل نموده خودرا در اعداد ملازمان سلطان می شمرد لیک در آن زمان که لشکر اسلام بمحاصرهٔ بلدهٔ بهاطیه اشتغال داشت از دادهای خارج سر زده مصدر اعمال نا شایسته شد i. e. „Anno 396 Sultanus quum Multhanum subiugare decrevisset copias convocavit; etenim qui olim Multhani rector fuerat Scheich Hamidus cum Emiro Nasireddino amicitiam colens ea quae debebat officia praestiterat; eius autem nepos qui illi successerat Abulfathahus Daoud filius Nasri, homo falsae religioni addictus, initio quidem parentum exemplum imitans cum Sultano foedus et societatem continuabat, sed illo tempore, quo copiae Moslemicae urbem Bahatiae oppugnabant, a fide resiluit, atque inde machinationes minime probandae exordium ceperunt."

([25]) Auctoribus Othbio (Kitab Iemini l. c. p. 383.) et Ferischthaho (ex interpretat. Briggsii p. 41.) non Dschipalus tum provinciam Lahorae regebat, sed eius filius Anindpalus (انندپال), quem Abulfathahus in auxilium vocaverat.

([26]) De Abulfathahi fuga et belli huius exitu eadem, quae Mirchondus tradit, etiam ab Ibn

fama ultra mare vagata est, gladiique eius timor omnes Hindosthani incolas prehendit atque omnis pravitas, improbitas, impietas ac contumacia ex his regionibus prorsus proscripta et abolita est.

CAPUT VII.

p. 29.

BELLUM AB ILEKCHANO CUM SULTANO MAHMUDO GESTUM. ILEKCHANUS ARMIS FIDELIUM VERAMQUE RELIGIONEM PROFITENTIUM PELLITUR.

Quum longo tempore inter Ilekchanum et Sultanum amicitia substitisset, tandem illa pravis malevolorum machinationibus eversa est. Scilicet quum Sultanus ditione sua relicta Multhani ageret, adeo ut Chorasanum vacuum esset defensoribus strenuis neque leones formidantibus, Ilekchanus Seiasitheginum, ([27]) cognatum suum et copiarum ducem, numeroso cum exercitu in Chorasanum misit, atque Dschafarthegino ([28]) praefecturam Balchi capitis regni

---

Haidaro narrantur. Ferischthahus autem has res ita explicat: ابو الفتح چون مشاهده کرد که مقدم ملوک هندرا چه پیش آمد لاجرم صلاح در مقاومت ندیده متحصن گشت وابواب عجز وزاری کشوده متعهد شد که هر سال بیست هزار درم سرخ واصل سازد واجرای احکام شرعی نموده از مذهب الحاد اعراض نماید i.e. „Abulfathahus quum comperisset quae primario Indorum regi accidissent, intellexit in continuando bello salutem non esse positam; itaque in arcem confugit atque apertis portis submissionis et supplicationis pollicitus est, se singulis annis vicies mille nummos aureos missurum, verae religionis praeceptis fore obsequentem atque falsae religioni esse renunciaturum." Ibn Haidarus suae narrationi haec subiungit: در تاریخ ابن کثیر شامی مسطورست که سلطان محمود غزنوی درین سال در غزای هند یکی از ملوک عظام آن دیاررا اسیر گرفت ودر وقت مراجعت انگشت کوچک اورا بریده باز حکومت ولایت اورا باو ارزانی داشت i.e. „In Chronico Ibn Katsiri Syri narratur, Sultanum Mahmudum Gasnevensem in expeditione Indica, quam hoc anno (396) susceperit, unum ex potentissimis huius terrae regibus cepisse, deinceps autem eo quo redierit tempore hunc regem in provinciae suae administrationem restituisse, digito minimo ipsi praeciso."

([27]) Sinaschi-téghin. Kitab Iemini p. 384. سپاس تکین Ferischthahus.

([28]) Briggsius (p. 42.): *Jakurtugeen.* In nostris Ferischthahi codicibus جعفر تکین.

commisit. Arslanus Hadebus ([29]) autem, qui Sultani iussu Herathae morabatur, ut, si qua calamitas ingrueret, Gasnam festinaret et hanc regionem adversus hostes tueretur, quum haec res accidisset, Gasnam se contulit. Post eius abitum Seiasitheginus Heratham ingressus Hasanum Nasri filium Nischapurum ad cogenda ibi tri-
p. 30. buta misit. Etiam optimatium Chorasani nonnulli, propter absentiae Sultani diuturnitatem et inconstantes qui de eo ferebantur rumores, amicitiam et societatem cum hostibus composuerunt. Abulabbas Fadhlus autem Ahmedi filius diligentissimam operam in defendendis regni provinciis a Gasna usque ad fines Bamiani collocans, omnes horum finium exitus et aditus praesidiis virorum fortium et custodum prudentium firmavit nunciosque celeres Multhanum misit, qui his de rebus Sultanum certiorem facerent. Quibus auditis Saifeddaula Multhano relicto Gasnam contendit, quo post diuturnum iter pervenit. ([30]) Ibi exercitu numeroso copiisque validis collectis mari aestuanti similis Balchum profectus est. Dschafartheginus autem

---

([29]) ارسلان جاذب. Ferischthahus.

([30]) „Quadraginta diebus (در مدت چهل روز)". Ibn Haidarus. Addit Ferischthahus: (alter cod. بسوکپال) سلطان محمود پیش از پیش عجلت فرموده مهمات هندرا بشوکپال که پسر یکی از راجهای هند بود ودر پیشاور بدست ابو علی سمجور افتاده مسلمان شده بود رجوع نمود وخود سلطان از آنی که سابزی گفتند رجوع کرده بغزنین بشتافت i. e. „Sultanus Mahmudus (accepto nuncio de Ilekchani invasione) maxima festinatione adhibita rediit postquam in Hindosthani administrationem restituerat Schukpalum (Sukpalum, Briggsius: *Sewukpal*, Dow: *Shokpal*), qui erat filius Radschae cuiusdam Indici, atque quum Peischaweri in captivitatem Abuali Simdschuri incidisset Islami sacra amplexus erat; ipse Sultanus ab amne, quem Sabsi appellabant, Gasnam properanter reversus est." Alter codex verba quae dictionem رجوع نمود sequuntur ita exhibet: اورا آب سانیز میگفتند i. e. „illum (sc. Schukpalum posteaquam Islami sacra amplexus erat) Ab Sanisum appellabant"; Dow: „*and had turned Mussulman by the name of Zab Sais*". Briggsius haec verba omisit. Idem Sukpal infra a Mirchondo appellatur Navasch Schah, a Ferischthaho in eadem narratione Rab Sa sive Sab Sa, ab Ibn Haidaro Rab Schah. Vid. annotat. 38.

instar diaboli, qui solemnem Dei laudationem tolerare nequit, Thermodum fugit. Ad illum insequendum Sultanus Arslanum Hadebum cum decies mille hominibus emisit. Ipso hoc tempore Seiasitheginus ad Dschihuni fluvii ripam pervenerat, quumque hunc amnem procellis valde agitatum deprehendisset, Mervum redierat inde per desertum provinciam Transoxanam celeriter invasurus; omnibus autem fontibus insigni aëris calore exsiccatis Serchasum contendit, ubi Muhsinum Taki filium qui (31) ipsi se opposuerat devicit atque medium gladio dissecuit, quo quidem in proelio p. 31. multi utrimque ceciderunt. Deinceps Arslano Hadebo ipsum insequente, quum Sirchasum obtinere nequiret, Abivardum concessit hincque Nischapurum perrexit. Ita vero eius vestigia Arslanus Hadebus urgebat ut, quamcumque relinqueret stationem, ad eam Arslanus statim perveniret, quamvis idem Seiasitheginus plurimarum praecipue, quas Herathae collegerat, sarcinarum et opum servandarum causa summa cum celeritate iter faceret. Harum tamen plurimas in fuga amisit. Arslanus Hadebus igitur Seiasitheginum insequens quum in Dschordschanum pervenisset, Kilanienses caedis et praedae cupidi eum adorti sunt et militum quam plurimos trucidarunt; eorum qui superstites fuere nonnulli ad Schems el maala Kabusum confugerunt, atque ipse Arslanus per Dehesthanum Nesam contendit. Inde eas quae ex hoc clade ipsi remanserant opes ad Alium Mamuni filium Charismschahum misit, ut eas custodiret rogans, et iter Mervam ingressus est, ubi Sultanus eum praestolabatur. (32) Sultanus, quum accepisset Seiasitheginum per desertum adven-

(31) Ibn Haidarus: محسن بن راى.

(32) „*Mahmoud était resté à Tous en attendant le retour d'Arslan Djadeb.*" Kitab Iemini pag. 385.

p. 32. tare, obviam ei profectus est ut illum caperet et ultionem ab eo sumeret. Iemineddaula igitur, quum tria itinera diurna emensus Seiasitheginum viam praeripuisse cognosceret, Abu Abdallahum ex tribu Tai Arabem cum copiis Arabicis ad illum persequendum misit; atque Abu Abdallahus et copiae Arabicae, quum in medio deserto, ubi nulla aqua esset nisi saliva diaboli atque nullus viror nisi in lamina gladii, (33) Seiasitheginum assequerentur, in illius agmen impetum fecere illiusque fratrem cum septingentis militibus cepere, quos omnes vinculis gravibus constrictos Gasnam duci Sultanus iussit. Haec res ita Seiasitheginum fregit, ut cum numeroso suo exercitu flumine transito ad Ilekchanum rediret. (34) Ilekchanus autem eo conterritus litteras querulas ad Kadrchanum Choteni regem misit atque ab eo auxilium expetivit. Is igitur omnes imperii sui copias convocans exercitum Turkesthani et provinciae Transoxanae collegit. (35) Sic uterque rex alter alteri opem laturus fluvium Dschihunum transiit. Iemineddaula autem, qui tunc in Tocharesthano morabatur, quum huius motus
p 33. nuncium accepisset, Balchum se contulit, ut hostium vim inde repelleret, (*) et ex Turcis, Chaldschis, Indis, Afganis et Arabibus Gazidis numeroso exercitu coacto quattuor a Balcho parasangis in

---

(33) Tharich Ibn Haidari: بیابانی که از آب وعلف نشانی نداشت i. e. „in desertum ubi neque aquae neque pabuli vestigium esset."

(34) *Tandisque Mahmoud était occupé à poursuivre Sinaschi-téghin, Ilek-Khan avoit envoyé Djafartéghin vers Balkh avec* 6000 *hommes pour faire diversion, et obliger le Sultan à abandonner la poursuite de Sinaschi-téghin. Le Sultan ne donna point dans ce piège, mais lorsqu'il eut entièrement chassé Sinaschi-téghin du Khorassan, il vint fondre sur les troupes de Djafartéghin et les mit en fuite.*" Kitab Iemini l. c. p. 385.

(35) Ferischthahus: قدر خان با پنجاه هزار کس بمدد ایلک خان توجه نمود i.e. „Kadrchanus cum quinquaginta millibus hominum profectus est auxilium Ilekchano laturus."

(*) In persicis legitur: „ut filum spei inimicorum ab hac regione resecaretur."

loco amplo et spatioso consedit. Ibi quum Ilekchanus et Kadrchanus ex adverso Sultani castra posuissent, ipso quo advenerant die iuvenes utriusque partis usque ad initium noctis velitati sunt, et altero die proelium se esse redintegraturos polliciti utrimque discessere. Altero igitur die exorto sole (*) Sultanus Iemineddaula exercitus sui victoriae assueti aciem ita disposuit, ut frater Emir Nasrus, Abu Nasrus Fariguni Dschordschani procurator et Abuabdallahus Arabs Taiensis mediae aciei, Althunthaschus cubicularius laevae, Arslanus Hadebus dextrae alae praeessent. Mediam aciem quingentis elephantis firmavit. Contra Ilekchanus ita aciem instruxit, ut ipse in media acie consisteret, Kadrchanus dexteram, Dschafartheginus laevam alam tuerentur. Ita rebus dispositis acies congressae sunt. Tum equorum hinnitu coeli auris surda evasit, pulvere ab ungulis quadrupedum excitato aër turbidus factus est, tu- p. 34.
barum et tympanorum ([36]) sonitus tamquam eiulatus lugubris morientes prosequutus est et propter caesorum multitudinem in hoc sterili deserto mare sanguinis fluere coepit. Ilekchanus autem ante aciem quingentos milites Turcicos, sagittarios peritissimos, constituerat, quorum telis plurimi ex Sultani acie ceciderunt. (**) Iemineddaula quum ita Turcas in pugna praevalere videret, ad aulam Regis, qui neque vesiro neque consiliario eget, faciem convertit, et in collem aliquem secedens ac supplex fronte terram tangens a mundi creatore victoriam expetiit eleemosynasque largissimas vovit. Tum ele-

(*) In persicis: „quum Turca graecus diei (i. e. sol) exercitum aethiopicum (i. e. noctem) in fugam convertisset."

([36]) Vocabulum كوركه forsitan formatum est ex turcico كورك quod folliculum (*soufflet, Blasebalg*) significat.

(**) Verba persica: „qui sagittis capillos finderent, adeo ut ictibus mucronum vitam auferentium in arce vitae multorum ex illo exercitu ruina caderet."

phante suo vehens fiduciae et animi plenus in mediam Ilekchani aciem irrupit. Ibi elephas signiferum Ilekchani arreptum in aërem proiecit, alios proboscide ab equis deiecit et pedibus conculcavit, alios dentibus confregit. Tum magnates, qui optimam praedae potiundae
p. 35. opportunitatem nactos se esse arbitrarentur, accurrentes gladiis et hastis hostes occiderunt, copiaeque Turcicae ut mortem evaderent fugae se mandarunt, adeo ut nulla earum pars citra fluvium per-
Ann. Ar. 397. inc. 26. Sept. 1006. maneret. Magna praeda Sultani exercitus potitus est. Haec res evenit anno CCCXCVII. ([37])

Ita Ilekchano debellato in Hindosthanum Sultanus contendit, ut Navaseh Schahum ex merito castigaret. Ille enim homo ex stirpe regum Indicorum natus, quem Sultanus educaverat et provinciae cuidam Indicae quae eius olim fuerat ditionis praefecerat, absente Sultano ab Islamo defecerat et ad pristinum ethnicismum reversus erat; at ille sola adventus Sultani sui fama conterritus est, illaque regio in Sultani obsequium rediit. ([38])

([37]) Ibn Haidarus: در اواخر سال مذکور. Ultima anni arabici 397 dies erat 15. Sept. 1007.

([38]) A Ferischthaho et Ibn Haidaro narrantur ex Tharich Iemini cuius auctorem Othbium esse novimus (Briggsius: *Towareekh Yumny*) hausta haec quae sequuntur: در تاریخ یمینی مسطورست که یمین الدوله سلطان محمود بعد از هزیمت (دادن Ibn Haidarus addit) ایلک خان عازم تعاقب شد (عازم شد واورا تعاقب نموده بدست آورد Ibn Haidarus:) وچون فصل زمستان بود وسرما در آن حدود زیاده از آنست که جمهور لشکر تاب آن داشته باشد اکثر امرا باین معنی راضی نبودند اما چون سلطان بنفس نفیس خود درین باب بجد بود ناچار دو کوچ از (در Ibn Haidarus:) پی ایشان رفت اتفاقا شب سیوم در بیابان برفی عظیم وسرمای سخت بهم رسید واز برای سلطان بار گاهی ایستاده کرده منقلهای (مشغلهای Ibn Haidarus:) بسیار در آن جا حاضر ساختند چنانچه اکثر مردم مجلس از گرما میخواستند که جامهای زمستانیرا دور کنند ودرین وقت دلگک سلطان (دلگک که از ندیمان خاص سلطان بود Ibn Haidarus:) از در در آمد سلطان محمود از روی مطایبه بدلگک گفت ای دلگک بیرون رو وبسرما بگو که این همه جان کندن تو چیست ما اینجا از گرما نزدیکست که جامهارا بیرون بکنیم دلگک فی الحال بیرون رفته پیغام بسرما رسانید وبر گشته زمین ادب بوسید وبعرض رسانید (از زبان Ibn Haidarus:

CAPUT VIII.

p. 36.

EXPEDITIO SULTANI MAHMUDI ADVERSUS ARCEM BEHIM BAGSA.

Ab his duabus victoriis Sultanus fama et laude auctus Gasnam rediit, ibique aliquamdiu ab itineris molestiis quietem cepit. Ann. Ar. 399 inc. 4. Sept. 1008.

سرما بعرض رسانید) که سرما میگوید که اگر چه دست من بدامن حضرت ومقربان
Ibn Haidarus: حضرت نمیرسید (اگر چه مارا قدرت ویارای آن نیست که دست ورازی بدامن
حضرت سلطان ومقربان درگاه حضرت ایشان رسانیم) اما قوللقجیان وشاگرد پیشه‌را
امشب آنچنان خدمتکاری خواهم نمود که فردا حضرت سلطانی ومقربان ایشان تیمار اسپان
خودرا خود میکرده باشند از ما غباری بخاطر شریف ایشان راه نیابد چون سلطان
از دهلک این سخن شنید اگر چه ظاهر آنرا بمطایبه حمل کرده بخندید وانبساط نمود اما
در باطن از آن عزیمت پیشمان شده قرار بمراجعت داد اتفاقا در همین شب از جانب
(alter cod. Ferischthahi: راب سا, Ibn Haidarus: راب شاه) هندوستان خبر رسید که زاب سا
که سلطان اورا تربیت فرموده بنیابت خود در آن ولایت گذاشته مرتد گردیده
بدین اصلی باز گشت وعرصه خالی دید عملداران سلطان محمودرا از آن دیار بیرون
کرد بنابرین سلطان محمود علی الصباح عنان عزیمت بجانب هندوستان منعطف داشته
کوچ بر کوچ روانه گردید وامرایی که اقطاع در هندوستان داشتند پیشتر از
خود بر جناح استعجال راهی ساخت تا زاب سارا گرفته بدرگاه آوردند سلطان چهار صد
هزار درم ازو گرفته بالبتکین خازن خود بخشید واورا حبس فرمود تا در آنجا در
گذشت وآن حضرت در آن وقت عطف عنان کرده در غزنین بر مسند استراحت تکیه
فرمود i. e. „In Chronico Ieminico (i. e. historia rerum a Sultano Iemineddaulah gestarum) leguntur haec: Sultanus fugato Ilekchano persecutionem continuare decrevit (ut hostem comprehenderet; in hoc loco Ibn Haidari pro واورا corrigendum est تا اورا). Quum vero tempus esset hibernum atque tam vehemens frigus in his regionibus obtineret ut illi tolerando militum vires non sufficerent, Emiri hoc Sultani consilium improbabant; at Sultanus nihilominus in suo consilio perseverans duobus itineribus hostes persecutus est. Tertia autem nocte quum nix densa cecidisset atque atrox obortum esset frigus, Sultani tentorium erectum atque tanta lignorum copia congesta est ut plerique familiarium Sultani propter calorem vestes hiemales exuere cuperent. Hoc quidem temporis momento quum intraret Dilchakus, homo Sultano valde familiaris, Mahmudus iocabundus eum sic allocutus est: Dilchake, exi foras atque dic frigori: cur tam frustra laboras, nos tanto calore recreamur, ut vestes paene nobis exuendae sint. Dilchakus sine cunctatione egressus frigori haec verba nunciavit; deinceps reversus atque terram reverenter osculatus hoc frigoris responsum retulit: Etsi manum non iniiciam neque in Sultani maiestatem neque in familiares eius, contra servos tamen et milites talem me praestabo ut Sultano eiusque familiaribus ipsis equorum cura cras sit suscipienda, quam quidem ob rem ne nobis succenseant rogamus.

Deinceps in Indiam movit ad Islami insignia in illis regionibus extollenda ac paganitatis vexilla frangenda et deiicienda. Quum igitur in planitiem Indiae vexillum victoriam ferens pervenisset, Palus Endpali (39) filius magno cum exercitu se illi opposuit; pugnatum est

---

Quae quidem Dilchaki verba, licet Sultanus minime illis offendi videretur immo cum risu et hilaritate ea exciperet, a consilio tamen exsequendo Mahmudum averterunt atque ad pedem referendum commoverunt. Forte accidit, ut eadem nocte ex India ipsi nunciaretur, principem Sabsa nomine, quem Sultanus a se educatum cuidam provinciae administrandae praefecerat, defecisse, ad pristinos errores rediisse, quumque videret se a nemine posse coerceri administros Mahmudi Sultani ex illis regionibus expulisse. Hac de causa Mahmudus altero mane viae in Indiam se commisit eoque contendit a statione ad stationem pergens; Emiri autem qui in illis regionibus suos agros habebant citius quam Mahmudus iter suum accelerare posset principem Sabsa comprehensum ad aulam Sultani duxere. Sultanus eum quadringenta millia aureorum solvere coegit quos Alpthegino thesaurio tradidit, atque ipsum Sabsam perpetuae captivitatis poena mulctavit. Qua quidem re bene gesta Mahmudus Gasnam rediit ibique quieti indulsit." De bello quod Sabsa concitaverat profligato haec tradit Ibn Haidarus: القصه سلطان محمود در اوایل سال سیصد ونود وهشتم به نوبار رسید وآن متمرد بمجرد شنیدن توجه سلطان سر خود گرفته باقصی بلاد هند رفت سلطان محمود باز آن ولایت‌را در حوزهٔ تصرف خود آورده عمال وگماشتگان خودرا جا بجای تعیین فرمود i.e. „Sultanus Mahmudus igitur ut paucis verbis rem expediamus initio anni 398 Nubarum pervenit, iste rebellis accepto tantum nuncio de Sultani adventu in remotas Indiae partes secessit, atque Sultanus hac regione denuo subiugata in singulis locis suos praefectos et procuratores constituit." De Sabsa vid. annotat. 30.

(39) Rectius haud dubie hoc nomen a Ferischthaho scribitur انندپال, vid. annotat. 25. Idem Ferischthahus principem, cui anno 399 Mahmudus bellum intulit, non Palum sed Anindpalum appellat; Ibn Haidarus eundem principem appellat پال انندپال omissa voce ابن, atque haec addit de morte Dschipali, cui Palus successit: بقول بعضی جیپال درین سال بمقاتله سلطان آمده اسیر ودستگیر شد سلطان جذیه برو مقرر کرده ازادش کرد در تاریخ ابن کثیر شامی مسطورست که چون سلطان محمود جیپال ملک هندوستانرا بعد از آنکه بسلطان جنگهای مردانه کرده بود دستگیر نمود از گردن او جواهری نفیسه بر آورد که قیمت آن هشتاد هزار دینار بود واخر الامر سلطان فرمود که ملک جیپالرا از بند بیرون آورده بگذارند تا بولایت خود مراجعت نماید واهل هند عظمت وشوکت اهل هند (leg. اسلام) را مشاهده نمایند وچون ملک جیپال بولایت خود رسید فی الحال از روی غیرت خودرا در آتش انداخت i.e. „Nonnulli tradunt bellum a Dschipalo contra Sultanum commotum atque huius regis Indici captivitatem hoc anno 398 accidisse, et Sultanum Dschipalo,

a diei ortu usque ad noctem (*), immensaque multitudo utrimque caesa et vulnerata est; etenim parum deficiebat, quin Satani fraus praevaleret super exercitum Dei misericordis. Tandem autem impleta sunt promissa fidelibus a Deo data. Quum enim Sultanus cum lectis satellitibus impetum faceret, improbi tamquam extremi p. 37. iudicii terroribus perterriti fugae se mandarunt. Triginta elephantis Sultanus in hoc proelio potitus est, ipseque hostes persequens multos eorum trucidavit (40). Tunc per desertum ad arcem Behim Bagsa (41) contendit, quae circumdata est aqua magna ac sita in monte

---

imposito tributo, libertatem reddidisse. Ab Ibn Katsiro Syro in chronico suo haec narrantur: Quum Sultanus Mahmudus Dschipalum Indorum regem, qui fortiter contra illum pugnaverat, cepisset, pretiosissimas gemmas, quarum pretium octoginta millibus denariorum aestimaretur, ab eius collo abstulit; interiecto vero aliquo tempore iussit vinculis eum eximi atque reditum in patriam illi permitti, eo quidem consilio ut Indi de magnitudine et opibus Moslemorum certiores fierent. Rex Dschipalus, postquam in suam patriam reversus est, animi dolore cruciatus confestim in ignem se iniecit." Cf. Cap. III. p. 146. sq.

(*) Verba persica sunt: „ab illo tempore, quo falco aurorae ex nido horizontis prosiliret, donec nocturnae caliginis ala explicaretur, lucerna pugnae arsit."

(40) De hoc proelio, in quo Anindpalus, rex (Radscha) Lahorae, cum sociis regibus Udschini (اوجين), Kavaliari (كوال يار), Kalindschari (كالنجر), Kanudschae, Dehliae et Adschmiri contra Sultanum Mahmudum decertavit, copiosius exponit Ferischthahus (Dow p. 45.46. Briggs p. 46.47.). Memorabilis locus, in quo elephas, quo Anindpalus veheretur, igni a Moslemis coniecto in fugam conversus esse narratur, in nostris Ferischthahi codicibus sic legitur: فيلی كه انندپال برو سوار بود از صدای توب واتشبازی سراسيمه گشته رو بگريز نهاد et: فيل كه انندبال برو سوار بود از صدای توب وضرب تفنگی زن سراسيمه گشته روی بگريز نهاد. Neque ego dubito sclopetorum et tormentorum mentionem sive librariorum sive ipsius auctoris ignorantiae ac levitati deberi (cf. Briggsii annot. p. 47.), quamquam non improbabile est, ignem graecum a Mahmudo adhibitum esse.

(41) Dow p. 46.: *Bimé;* Briggsius p. 48.: *Bheem.* In nostris Ferischthahi codicibus بهم (vel بيم) et بهيم. Ibn Haidarus: بهيمر. Herbelot v. Mahmoud fils de Sebecthégin: *Behesim.* Addit Ferischthahus: سلطان بعد ازين فتح جهت تقويت دين بنوی عزم غزو كفار نكركوت وشكستن بتخانهء آنجا نموده روان شد ودر آن عهد آن قلعه به بهيمر موسوم

excelso. In illam Indi, sedem potentissimi alicuius idoli eam esse putantes, plurimas opes intulerant, eamque pecunia, margaritis multisque aliis rebus pretiosis impleverant, eo magnam apud Deum unicum se iniisse gratiam opinantes. Sultanus igitur arce cincta maxima cum fortitudine et constantia oppugnationem instituit, adeo ut eius custodes ad resistendum haud pares, timore et metu correpti, pacem humiliter rogarent, et arcis porta patefacta ante Sultani equum ad terram se proiicerent. Ita Iemineddaula cum procuratore Dschus-
p. 38. dschani et ceteris militibus suis arcem ingressus praeter ceteram qua potitus est praedam septuagies millies mille drachmas ([42]), et septingenties mille et septingentos mennos ([43]) auri argentique, ac vestium pretiosarum tantam copiam invenit quam magnates et seniores imperii numerare non poterant. Etiam gemmae, uniones et margaritae omnem numerum excedebant. Eminebat inprimis in his spoliis domus magna ex argento facta, triginta cubitos longa, quindecim lata, quae sedes amplas capiebat et sic comparata erat, ut ex iubentis nutu vel componi vel distrahi vel complicari vel extendi vel deprimi vel extolli facillime posset. Sultanus igitur militum et satellitum quosdam ad tuendam arcem reliquit et victoria laetus et hilaris Gasnam rediit. Eo quum pervenisset iussit in palatio suo stragulum expandi illudque ornari unionibus instar stellarum splendentibus et hyacinthis ignis colorem referentibus, aliis-

---

ومشهور بود i. e. „Sultanus hac victoria potitus, ut veram religionem stabiliret, bellum sacrum infidelibus Nagarguthum incolentibus intulit templum Indicum, quod ibidem esset, destructurus; haec vero arx illo tempore Behimum appellabatur." Addit Ferischthahus infra, hanc arcem tempore Behimi Radschae in fastigio montis esse exstructam: وآن قلعه اینست که در عهد راجهء بهیمر در قلهء کوهی بنا یافته.

([42]) Ferischthahus: هفت لک دینار سرخ.

([43]) De pondere quod من appellatur vid. quae annotavit Briggsius p. 48.

que gemmis splendidis. Omnes regum legati qui solenni convivio [post eius reditum instituto, ubi illud stragulum expansum erat] intererant (44), inprimis qui a Toganchano Turkesthani rege missi erant, tantis divitiis et tanta magnificentia obstupefacti sunt (*). p. 39.

CAPUT IX.

EXPEDITIO ADVERSUS NARINUM. (45)

Ut votum quod susceperat exsolveret, Sultanus anno CCCC magno cum exercitu in Indiam contendit. Quam regionem ingressus, exercitum iussit agros vastare et infideles affligere. Multos Ann. Ar. 400 inc. 24. Aug. 1009.

(44) De hoc convivio ita exponit Ferischthahus: ودر سنه اربعمایه در بیرون شهر چند تخت طلا ونقره در بارگاه نهاده فرمود غنایمی که از هندوستان در آن سفر آورده بودند بصحرا برده بترتیب بگذارند مردم شهر ودهات وحوالی وحواشی جهت تفرج وتماشا هجوم آوردند ومدت سه روز این صحبت امتداد پیدا کرده سلطان چشنهای عظیم فرمود وبمستحقان وفاضلان وصالحان بخشیشهای کرده در جذب قلوب تقصیر ننمود i.e. „Anno 400 Sultanus extra urbem (Gasnae) thronos aureos argenteosque ad celebrandam curiam solennem erigi iussit; tum praeda in hac expeditione Indica collecta in campum congesta et disposita est, atque incolae et urbis et agrorum totiusque regionis vicinae conspectandi causa ibidem confluxerunt. Quae quidem festivitas per tres dies continuata est, ac Sultanus epulas magnificas instituendo praemiisque afficiendo bene meritos cunctorum animos exhilaravit." Ibn Haidarus in hac re enarranda iisdem fere quibus Mirchondus verbis utitur, addens hanc festivitatem institutam esse initio anni 400 (واین واقعه در اوایل سال چهار صدم واقع شد).

(*) Ipsa verba persica ita rem enunciant: „Legati regum, qui in hoc consessu [ubi stragulum expansum erat] praesentes erant, digitum admirationis dentibus stuporis prehenderunt et Toganchani Turkesthani regis legati, qui in hoc conventu erant, dixerunt: Talis supellex non capitur stomacho opinionis, neque Karuni opes decimam tanti pretii partem continuerunt." De Karuno, i.e. Koran (Numer. XVI. 1.) quem immensas divitias arte chemica sibi parasse Moslemi fabulantur v. Richardson's Dictionary v. قارون.

(45) Kitab Iemini p. 389.: Nardin. Ferischthahus nullam huius expeditionis mentionem facit; neque apud Ibn Haidarum, qui eandem quam Mirchondus de hac expeditione atque de pace cum summo Indorum rege composita narrationem suo chronico intexuit nomen Nardini sive Narini reperitur.

igitur magnatum et principum ex istis nefandis hominibus ad orcum detrusit; plebs dispersa est. Sic victor praedaque onustus Sultanus domum rediit. Summus autem Indorum rex quum audiret, vexilla Mahmudi victoriam ferentia suam ditionem intrasse, intelligeretque sibi vires deesse ad resistendum copiis fidelium, magnatum suorum aliquos ad Sultanum misit, illique se submittens promisit, se quinquaginta elephantes quos haberet maxime terribiles
p. 40. in Sultani stabula missurum, tributum annuum soluturum, et bis mille equites, quorum liberum arbitrium Sultano foret, in eius castris sustentaturum, hasque promissiones summa cum fide se perfecturum esse. Praeterea omnes suos filios et cognatos, qui in Hindosthano provincias tenerent, idem facturos esse asseveravit. Illae conditiones quum valde placuissent, Sultanus homines aliquot in Hindosthanum misit qui istam pecuniam colligerent. Sic via commercio patefacta mercatores commeare coeperunt; ac Mahmudus Gasnevensis victor et praeda onustus ad regni sedem rediit.

CAPUT X.

EXPEDITIO IN GAURUM.

Ann. Ar. 401 inc. 14. Aug. 1010. Anno CCCCI. Sultanus cum copiis in Gaurum profectus est, ac Mohammedus Surii filius, huius regionis princeps (46), cum decem millibus hominum Sultano se opposuit et aciem contra eum instruxit. Quum usque ad meridiem pugnatum esset atque ad occasum vergeret sol fortunae hostium, Sultanus ut eos deciperet co-
p. 41. pias suas terga vertere iussit. Gaurenses igitur opinantes, Sultanum re vera fugere, fossa qua se munierant relicta, quum in planitiem

(46) Dow (p. 47.) et Briggsius (p. 49.) addunt: „*of the Afghan tribe of Soor, the same race which gave birth to the dynasty that eventually succeeded in subverting the family of Subooktugeen.*" Haec verba in nostris Ferischthahi codicibus non reperiuntur.

deserti fugientes insequendo pervenissent, copiae Sultani repente se converterunt, hostesque omnes cibum canum et luporum fecerunt. Ipse Suri filius captivus ad Sultanum adductus est, quam quidem ignominiam non ferens annulum veneno infectum suxit atque hac ratione mortem voluntariam sibi conscivit.

Othbius in Tharich Iemini [historia Sultani Iemineddaulae Mahmudi] refert, ante hoc tempus principes et incolas Gauri fidem Islami non habuisse. [Atque in eo errat. Etenim] auctor libri Tabkath Naseri et Fachreddinus Mobarekschahus Mervarrudensis qui peculiarem Sultanorum Gauri historiam conscripsit (47), contendunt, populum Gauricum iam beati Alii Chalifae tempore Islami sacra amplexum esse, [quae quidem sententia firmo fundamento innititur. Siquidem] ille, qui tum temporis provinciam Gauri tenebat, ex Dohaki prosapia oriundus, diploma, quo ab Alio haec provincia illi concessa est, ab ipso Asad ullah elgaleb [leone dei, praepotente, quibus nominibus Alius insigniri solet] subscriptum accepit eiusque posteri hoc diploma tamquam praecipuum nobilitatis suae documentum usque ad Bahramschahi filii Masudi Gasnevidae tempora servarunt, adeo ut nullum dubium esse possit, quin tunc iam verae religionis p. 42. participes fuerint. Quin etiam in nonnullis annalibus legitur, quum nefandi homines, Chalifae Ommaiadae, concionatores iussissent principem fidelium eiusque liberos e suggestibus exsecrari, in reliquis

(47) Ferischthahus, qui pariter atque Ibn Haidarus hunc excursum criticum iisdem fere, quibus Mirchondus utitur, verbis reddidit: كه تازيخ سلاطين غور در سلك نظم كشيده اند i.e. „qui (auctor libri Tabkath Naseri et Fachreddinus) chronicon regum Guri metrice composuere." Ibn Haidarus extremam vocem اند omittit. Versus a Mirchondo recitati non leguntur apud Ferischthahum. Ibn Haidarus eosdem versus recitat in eo tantum a lectione, quam noster textus exhibet, discrepans quod in primo versu non در اسلام sed باسلام et in quinto versu pro شد ponit بد.

omnibus regionibus, at non in Gauro, obsequium huic scelesto edicto praestitum esse. Hac de re ita canit Fachreddinus Mobarekschahus:

Versus.

In terris Islamo addictis nullus restabat suggestus,
In quo concionator concionem recitaret,
Quin posteros Prophetae cum conviciis
Exsecraretur nefandis publice.
At imperium illius (regis Guri) excelsum ab hac re erat immune,
Quia non subiectum erat arbitrio istorum hominum impiorum (Ommaiadarum).
Huiusmodi verba nemo umquam in eo protulit,
Neque palam neque in abscondito.
Numquam in illo imperio exsecratio facta est istius prosapiae
Quam toti orbi laudibus praeferri noscas.
p. 43. Illi autem reges (Guri) fidei et iustitiae cultores
Propterea omnes alias prosapias gloria antecellunt.

Nonnulli annalium scriptores res Muhammedi filii Surii diversa ratione narrant. Sultanus, ita rem tradunt, quum nihil adversus Muhammedum Surium, licet eum arce quadam inclusisset, valeret, incolumitate promissa ad deditionem illum permovit. Contra pactorum autem fidem vinculis constrictum Gasnam eum duxit. Ibi quum aliquamdiu carcere detentus fuisset, Sultanus ita illi locutus est: ,,Si filium tuum Hasanum ex imperio tuo evocaveris, ut ille in aula mea permaneat, polliceor me tibi libertatem concessurum esse, ut in imperium tuum redire possis." His verbis quum Muhammedus fidem haberet, Hasanum Gasnam venire iussit, quem simili perfidia Sultanus in vincula coniecit. Ille deinceps ex carcere evadendi opportunitatem nactus in Gaurum rediit. Quam Sultani Mahmudi perfidiam aiunt fuisse causam inimicitiarum, quae Surii posteris cum progenie Mahmudi intercessere, id quod deinceps suo loco exponetur ([48]).

([48]) Eandem de Mahmudi mala fide narrationem Ibn Haidarus suo chronico inseruit.

Eodem anno in universa Chorasani provincia inprimis Nischapuri dira fames grassata est, ita ut propter victus inopiam vires hominibus deficerent. Granorum tritici et hordei pretium margarita- p. 44.
rum pretium excedebat; omnes canes et feles comedebantur; quinetiam mater filii carne vescebatur, frater fratris carne vitam sustentabat, maritus coniugem mactabat et comedebat; neque cuiquam tutum erat in remotioribus urbis vicis ambulare, nisi assumpto in auxilium comite aliquo armato ([49]). Narrant illo tempore virum aliquem doctum ex illis Imamis, qui traditionibus fidem tribuunt, ad Imamum Abul Taibum Salukium venisse. Illum, quum a Salukio interrogaretur, quidnam causae esset, quod a longo inde tempore ad ipsum non venisset, ita locutum esse: „Quae mihi acciderunt, singularia sane sunt et miranda." Illa quaenam fuissent, quum Salukius quaesivisset, ita virum illum doctum verba fecisse: „Quum aliquando post preces vespertinas per plateam quandam irem, repente homo aliquis laqueum collo meo iniecit, quo ita guttur adstrinxit, ut animam fere exhalarem. Sic per plateam me traxit usque ad angiportum quendam, ubi vetula domo egressa utroque genu ita p. 45.
testiculos meos percussit, ut amens plane fierem. Brevi post aquae, qua perfundebar, frigus sentiens ad me redii et homines circum me sedentes conspexi, qui benigniter me allocuti sunt et a me expetierunt, ne rem vulgarem. Atque illa coniectura mihi se obtulit, istos homines tum, quum ego amens iacerem, domum contendisse, scelestosque illos homines, qui ita mecum egissent, ipsis conspectis aufu-

([49]) Legitur haec de atrocissima fame, quae civitatem Nischapuri afflixit, narratio, e Tharich Ieminico, ut videtur, hausta mutatis passim dictionibus et verbis etiam in chronico Ibn Haidari; „quae cum ita essent, ait Ibn Haidarus, quicumque alteri robore et viribus praestaret, eum occidebat et comedebat" (وبوجود این حال هر که بقدری از دیگری زور وقوت زیاده داشت اورا میکشت ومیخورد). Cf. Kitab Iemini p. 390. 391.

gisse. Tandem quum animam aliquantulum recepissem, domum redii, sed ita angor metusque vires debilitaverant, ut viginti diebus lectum relinquere non possem. Valetudine deinceps et viribus recuperatis, quum tempore vespertino precum a Deo praescriptarum faciendarum ergo ad templum vadens in amplum aliquem locum pervenissem, iterum laqueo repente petitus sum, quo parum abfuit ut guttur meum caperetur; sed Dei gratia auxiliante linum tantum quo caput tectum erat, etsi guttur meum impeteretur, a laqueo prehen-
p. 46. sum est; id quod vitam mihi servavit. Tum mecum constitui numquam nisi interdiu domo egredi." Omnes qui aderant feruntur, quum hunc singularem ac dirum casum magnopere admirarentur, a Deo precati esse, ne similes ipsis immitteret calamitates, et in asylum misericordiae illius confugisse (50).

CAPUT XI.

RES ILEKCHANI POST CLADEM A SULTANO IEMINEDDAULA MAHMUDO ILLI ILLATAM.

Ann. Ar. 401 inc. 14. Aug. 1010. Quum Ilekchanus ex proelio fuga elapsus in regionem Transoxanam rediisset, Sultanus Iemineddaula exploratores in hanc regionem misit, qui de rebus Ilekchani eiusque fratris Toganchani ad ipsum referrent. Illi nunciaverunt, Toganchanum in fide et ob-

---

(50) Addit Ferischthahus: وهمدرین سال سلطان دیگر بار از غزنین بملتان آمد وآنرا بجبر وقهر مفتوح ساخت بسیاری از قرامطه وملاحده بکشت وبسیاری‌را دست وپا (alter codex addit بریده داود بن نصیررا زنده بدست آورد وهمراه خود بغزنین برده در قلعهٔ غورک محبوس ساخت تا در آنجا وفات یافت i.e. „Eodem anno (401) Sultanus rursus Gasna in Multhanum profectus hanc provinciam vi subegit, multos haereticos et infideles trucidavit, multos manibus pedibusque truncavit atque Davidem filium Nasiri, quem vivum ceperat, secum Gasnam duxit, ubi eum in arce Gusek usque ad eius mortem inclusit." De secta Karmatica (قرامطه) vid. Herbelot biblioth. or. v. *Carmath et Carmathi.*

sequio erga Sultanum permansisse eaque quae frater ausus esset p. 47.
valde improbare. Brevi post etiam legati Toganchani ad Sultanum pervenere, qui recitantes versum:

Nos in ea perseveramus fide et sinceritate, quam amico obligavimus,

testarentur, suum dominum semper in fide erga Mahmudum perstitisse. Iidem legati, ut de nefariis Ilekchani conatibus dominum suum excusarent, dixerunt, Sultano ignotum esse non posse, nullam domino suo harum rerum partem fuisse. Ilekchanus vero quum fratris erga se inimicitiam et erga Sultanum amicitiam cognovisset, constituit primum domesticum illum hostem exstirpare. Copiis igitur Transoxanis collectis Toganchani ditionem invasit; quum autem Uskendum transiisset, viae nive interclusae ad reditum illum compulerunt. Deinceps vere oborto quum nive liquefacta viae apertae essent (*), Ilekchanus denuo cum copiis suis ad fratrem ulciscendum exiit. Ipso hoc tempore uterque frater ad Sultanum legatos misit; p. 48.
quumque utriusque legati causam dixissent, Sultanus ut in publica concione illos audiret tantos fieri iussit apparatus, quantos nemo prius viderat. Scilicet, ut hanc rem summatim dictam uberius exponamus, in loco ubi thronus Sultani erat bis millena mancipia Turcica vestibus pictis induta in utroque latere constituta sunt, quingenti satellites alii stabant in cubiculi vicinia sagis iidem Romanis cingulisque auratis quae adamantibus splendidis ornata erant vestiti, et gladios Indicos quibus vaginae erant auratae humeris gestantes. E regione cubiculi comparebant quadraginta elephantes cum stragulis ex panno aurato Romano et capitis ornamentis auro pictis. Pone utrumque aulaeum collocati sunt septingenti elephantes Bisthunum (mon-

(*) In persicis legitur: „posteaquam fusor verni temporis argentum nivis in meatibus terrae liquefecit."

tem) figura, montes magnitudine referentes, cum stragulis pictis, apparatu pretioso et multis aliis ornamentis; item equites gestantes loricas Davidicas et galeas Europaeas, peditesque clypeos prae
p. 49. se ferentes cum gladiis strictis et hastis erectis. Ante Sultani cubiculum stabat cubiculariorum turba lunam et solem [splendore] aequans; atque hi quidem cubicularii manibus capulos gladiorum tenentes oculis auribusque iussa attendebant, ut legatos in conventum introducerent. Legati autem ex loci reverentia venerabundi accessere, iis qui requirerentur ritibus perfungentes terramque osculantes. Tum ad mensas epulis onustas considentes conspexerunt paradisum pateris aureis argenteisque ornatum, vasibus auratis plenum stragulisque Romanis et sericis tectum, et in anteriore parte bellaria posita. Latera autem distincta erant per tentoria quadrangulata, sexangulata et rotunda, ornata gemmis quae splendore oculos perstringebant. Ante Sultani thronum erat tectum, cuius tabulas et cardines iunxerant clavis et filis aureis. Omnes qui haec videbant uno ore confitebantur, neque regibus Persicis, neque caesaribus Romanis, neque Arabum hakemis, neque radschis Indicis tam pretiosas res fuisse. Passim in cubiculo posuerant vasa oppleta musco fragante,
p. 50. ambro subnigro, camphora ex urbe Keisuri allata lignoque aloës Kamarensi. Mala medica arte facta, aurantia picta aliosque fructus ex auro effinxerant. Turba puerorum regiorum ad margaritarum instar velatorum et sicut uniones reconditorum vinum rubini colorem referens poculis chrystallinis infusum hospitibus porrigebat. Legati huius convivii apparatu et huius concionis ornatu in stuporem coniecti sunt. Quum redeundi veniam rogassent, cum donis vere regiis remissi sunt, atque haec Ilekchano et Toganchano nuncianda Sultanus ipsis iniunxit: ,,Amorem fraternum flagitare ut ambo fratres inimicitiae gladium in vaginam reconderent, ac contenti essent

iis opibus et provinciis quas Deus ipsis tribuisset. Quare nonnisi via amoris et amicitiae incedendum, portas belli autem et inimicitiae claudendas esse." Quum legati in Turkesthanum rediissent, uterque frater Sultani mandato parens arma deposuit (51).

Sultanus autem postquam legatos dimisit Kasdarum contendit, ut huius urbis principem rebellem ad obsequium reduceret. Eo summa cum festinatione profectus quum Mahmudus ante solis ortum arcem corona cinxisset, praefectus rebellis ita exterritus est ut incolumitate pacta arce egressus ante Sultani equum humi se prosterneret easque acciperet conditiones, ut non solum undecies millies mille drachmarum summam quam ex superiore deberet tributo persolveret, verum etiam omnem omnino pecuniam quam haberet signatam traderet. Praeter haec denuo quindecim elephantes Sultanus ipsi ademit. Sic Iemineddaula Mahmudus sub tutela Regis, qui sapientissimus humanarum rerum arbiter est (i. e. Dei), Gasnam regni sedem reversus est (52). Ann. Ar. 402 inc. 3. Aug. 1011. p. 51.

(51) De pace a Mahmudo inter Ilekchanum eiusque fratrem Toganchanum composita, quae neque a Ferischthaho neque ab Ibn Haidaro memoratur, vid. Kitab Iemini (unde Mirchondus suam narrationem hausit) p. 391.

(52) De hac expeditione Indica ita exponit Ibn Haidarus: ودر سال چهار صد ودویم یمین الدوله سلطان محمود باز متوجه ولایت هندوستان شد چه بعضی از ملوک هند قدم از جاده اطاعت بیرون نهاده از خراج وباجی که قبول کرده بودند ابا وامتناع نمودند بحصانت واستحکام قلاع خود مغرور شده عمال سلطانرا از آن دیار بیرون کردند وچون سلطان محمود عازم ظل آن دیار گشت بعد از قطع منازل ومراحل بآن ولایت رسید قلاع ایشانرا محاصره نمود وچون آنجماعت عاقبت نا اندیش مکرر قهر وسطوت سلطان محمود مشاهده نموده میدانستند که ایشانرا طاقت مقاومت او نیست ناچار از حصار بیرون آمده خودرا برسم مرکب سلطان انداخته عذر گناهان درخواست نمودند وملتزم شدند که پانزده هزار درم که از خراج گذشته پیش ایشان باقی مانده بود ادا نمایند واز آن جمله مبلغی عظیم نقد کرده بخدمت سلطان حاضر ساختند وپانزده سر فیل دیگر بطریق پیشکش آوردند وچون سلطان محمود تملق وعذرخواهی که از حد بیرون بود مشاهده نمود از سر گناه ایشان درگذشته روی بغزنین آورد i. e. „Anno 402 Sultanus

CAPUT XII.

DE SCHARIS GORDSCHESTHANI EORUMQUE IMPERIO EVERSO.

Gordschesthanenses principem suum Scharum appellant, quemadmodum Turcae reges suos Chanos et Indi Raios dicunt([53]); atque inde a tempore Sultanatus Nuhi filii Mansuri Samanidae usque ad regnum Iemineddaulae Mahmudi imperium Gordschesthani adhaesit Scharo Abu Nasro. Is, posteaquam filius Abu Mohammedus maturitatis annos complevit, summam rerum illi tradidit atque ipse in lectione librorum et conversatione cum viris doctis et familiaritate cum viris
p. 52. eruditis totum se collocavit, bona constantia praeferens voluptatibus perituris. Homines et qui faustam fortunam experti et qui temporum adversitates perpessi essent, quum scirent eius aulam esse scopum expectationum et Kabam, ad quam omnes faciem converterent, omni-

---

Mahmudus rursus in Hindosthanum profectus est, quia nonnulli reges Indici defecerant promissa tributa et vectigalia persolvere recusantes, quumque firmitati et munitionibus suarum arcium confiderent Sultani procuratores ex his regionibus expulerant. Quum vero Sultanus itineribus et stationibus emensis in hanc provinciam pervenisset arcesque oppugnaret: Indiae populus Sultani opes et copias denuo clare intuitus intellexit, vires sibi deesse ad illum propulsandum. Itaque de salute desperantes arcibus egressi sunt et ad iumentorum instar coram Sultano procideruntsuorumque delictorum veniam implorantes polliciti sunt, se quindecim millia numorum quae ex prioribus tributis deberent persoluturos esse; praeterea ingentem pecuniae numeratae summam tradidere et quindecim elephantes alios Sultano dono obtulere. Sultanus autem blanditiis eorum et excusatione vehementi permotus est ut venia delictorum ipsis concessa Gasnam reverteretur." Uberior expositio de hac expeditione, in qua Mahmudus urbem Tahnesur, praecipuam idololatriae Indicae sedem, expugnavit et idolum Dschaksum (جکسوم) appellatum rapuit, legitur in Ferischthahi historia (Briggsius p. 50-52.).

([53]) Eadem docet Ibn Haidarus ex Mirchondi chronico (در تاریخ روضه الصفا مسطورست), unde totam de Scharorum Gordschesthani fatis narrationem mutatis passim dictionibus excerpsit. Similiter Ferischthahus: حکام غرجستان را شار میگویند چنانکه والی هندوستان را رای وحاکم روم را قیصر میخوانند. Cf. Kitab Iemini p. 392-394 et Ferischthahus ex interpretatione Briggsii p. 53.

bus ex partibus et tractibus terrae in hanc regionem contenderunt, atque ille, quantum potuit, eorum necessitatibus subvenire atque eorum desideria explere studuit.

Abu Alius Simdschurus illo tempore, quo contra regem Nuhum (Samanidam) seditionem excitavit, cupiebat utrumque Scharum vinculis obedientiae obstringere; at illi beneficiorum a Samanidis in ipsos collatorum memores societatem et obedientiam Abu Alii renuebant. Itaque Abu Alius misit ad eos debellandos Abul Kasemum Fakihum cum exercitu fortissimorum militum. Abul Kasemus transcensis multis montibus usque ad geminorum sidus pertingentibus saepius cum Scharis conflictavit, atque tandem patrem et filium sede regni eiectos coegit in arce quadam alta et munita quae in confiniis regni sita erat securitatem quaerere. Abul Kasemus thesauris et divitiis eorum potitus in Gordschesthano mansit. Postquam vero, Emiro Nasireddino Sobokthegino Chorasanum ingresso, Abu Alius Simdschurus Abul Kasemum revocavit, uterque Scharus coetui adiutorum et asseclarum p. 53. Emiri Nasireddini se addere nolens in obedientia Nuhi filii Mansuri perseveravit. Tempore autem imperii Samanidarum elapso et sidere felicitatis Iemineddaulae ad fastigium horizontis pervecto, Othbius auctor Tharich Iemini (i. e. commentariorum de rebus a Iemineddaula gestis) ad Scharos missus est ut ad agnoscendum Sultanum eos invitaret. Uterque Scharus omni cum studio Othbium honoravit atque ornavit et in imperio suo preces publicas pro Sultano Mahmudo fieri iussit (54). Atque postquam Othbii cura fundamenta pacis inter Scharos et Sultanum firmata fuere, filius Schari Abu Nasri, quem Schah Scharum

(54) Addit Ibn Haidarus, numos titulis Sultani Mahmudi a Scharis ornatos esse, quod alterum summi imperii, quod Sultanus in illos exercebat, indicium erat (ووجوه دنانير ودراهم بالقاب يمين الدوله زيب وزينت دادند).

appellabant ad Sultani aulam pervenit. Sultanus nihil omisit quo eum honoraret et distingueret, atque in numero amicorum coniunctissimorum eum habuit. Scharus autem quamdiu in aula Sultani erat vanitate iuvenili et superbia, quam sibi tamquam principi convenire putabat, seductus multa et fecit et dixit quibus poenam et castigationem mereretur, quae tamen Sultanus propter insignem comitatem et humanitatem illi ignovit. Denique quum Scharus abeundi
p. 54. veniam rogasset, Sultanus illum donis pretiosis et vestibus pulcherrimis honoratum dimisit. Atque Scharus Abu Mohammedus deinceps imperium Gordschesthani administravit ([55]), donec Iemineddaula Mahmudus decreto bello sacro litteras Scharo misit, quibus illum ad auxilium ferendum excitaret. Tunc velut manus interitus sinum imperii eius prehendisset, vanis excusationibus moras nexit. Sultanus quum illo tempore Indorum provincias invadere constituisset, hac re omissa, in Hindosthanum contendit; verum postquam in augustam regni sedem reversus est, blandas litteras ad Scharum scripsit, quibus caveret, ne ille uno lapsu perderet omnia merita praeterita. Scharus autem in pervicacia sua perseverans clementia Sultani nihil
Ann. Ar. 402. commotus est. Quum igitur omnibus eius contumacia manifesta esset, Iemineddaulah Althunthascho cubiculario et Arslano Hadibo protervitatem Schari compescendam commisit ([56]). Illi in Gordschesthanum contendentes Abul Hosainum Manium ([57]) Merwarruddi prae-

([55]) Scilicet Abu Nasrus, qui imperium administraverat dum filius in aula Mahmudi versabatur, illud Schah Scharo post eius reditum restituerat atque ipse ad pristina studia redierat, id quod Ibn Haidarus tradit: وچون شاه شار بغرجستان رسید باز پدرش حکومترا باو گذاشته خود در کوشه بمطالعه مشغول گشت.

([56]) Annus 402, quo haec accidere, notatus est ab Ibn Haidarus. Eadem a Ferischthaho ad annum sequentem referuntur.

([57]) Ibn Haidarus: ابو الحسین زعیم.

fectum, qui harum regionum aditus et exitus noverat, secum duxerunt et Schah Scharum ab huius provinciae imperio removerunt. p. 55. Tum Scharus Abu Nasrus filium suum rerum experientia et prudentia antecellens gratiam Althunthaschi sibi conciliare studuit (*), ac seipsum de contumacia et pervicacia filii excusavit. Atque non solum Althunthaschus eius intercessionem comiter excepit, verum ipse quoque Sultanus Scharum, eius excusatione admissa, honorifice et magnifice Heratham duci iussit. Filius autem Schari in arcem, quae tempore imperii Abu Alii Simdschuri munita fuerat, confugit. Hanc arcem igitur Althunthaschus cubicularius et Arslanus Hadibus obsidione cinxerunt atque tormentis et machinis erectis unam eius partem solo aequarunt. Scharus pacem frustra rogavit; etenim duravit haec calamitas, donec illi caperent Scharum et arce extraherent divitiasque et thesauros arcis diriperent. Vesirum Schari captum cruciatibus coegerunt ad indicandum locum, ubi occulti essent thesauri et opes Schari. Eo tempore, quum mandatum Sultani de Schah Scharo in aulam ducendo advenisset, Althunthaschus illum vinctum legato Sultani tradidit.

Narrant mancipium, cui custodia Schari commissa esset, quum vellet, priusquam Gasnam perveniret, litteras domum mittere atque p. 56. uxorem suam de eo quod in itinere sibi accidisset certiorem facere, a Scharo instanter petivisse ut aliquot lineas sibi scriberet. Illum instantia mancipii fatigatum prehenso calamo haec scripsisse: „O scortum scelestissimum, mulier turpissima, vitae impurissimae, opinaris, ad meas aures non pervenisse, te omnibus vitiis et per-

(*) In persicis legitur: „Scharus Abu Nasrus, quia cognoscebat annulos signatorios rerum, manum inseruit laciniae clementiae Althunthaschi." Ibn Haidarus haec ita enunciat: وشار ابو نصر چون بعين اليقين مشاهده نمود كه اخر اين مهم بانجا كشد كه خان ومان ايشان بالكليه مستاصل ونابود گردد دست اعتصام بدامن التونتاش زده

versitatibus indulgere atque facultates meas dissipare ad satisfaciendum tuis cupiditatibus; putas me nescire, te tempus agere inter compotationes et omnes voluptates, te omnes dies cum homine impudenti et omnes noctes cum adultero in amoris gaudiis consumere, te omnia mea concoquere et bonam existimationem meam perdere, tuisque tantum consiliis providentem meas rationes prorsus negligere. Quodsi salvus domum reversus fuero, dabo tibi, quae meritus es, atque mercedem improbitatis tuae tibi tribuam." Haec verba turgida quum Scharus scripsisset, litteras obsignatas mancipio tradidit. Quae quum in domum mancipii perlatae atque ab eius uxore lectae essent, mulier mentis impos facta non dubitavit, inimicos et invidos
p. 57. tantorum scelerum se apud maritum incusasse atque prae metu poenae domo egressa in latibulo se abscondidit. Mancipium quum post aliquot dies domum pervenisset, habitationem quam rosario Iremi similem reliquerat vacuam invenit instar deserti Loti, neque vestigium quidem uxoris et famulorum deprehendit. Stupefactus substitit atque huius rei causam a vicinis percunctatus cognovit totam rem de litteris et quae in iis scelera uxori obiecta fuissent. Homo vehementer lamentatus uxoris animum sibi conciliare et hanc adversitatem compescere studuit atque tandem, quum iurasset se nihil scivisse de eo quod scriptum fuisset, domum eam reduxit. Quae faceta epistola quum in frequenti familiarium consessu Sultano oblata esset, ridens ille dixit, meritam hanc esse poenam hominis, qui talia a Scharo exegisset neque debitam illi praestitisset observantiam et venerationem (58).

(58) Legitur haec narratio etiam in Ferischthahi chronico quamquam ab utroque interprete anglico omissa. Addit deinceps Ferischthahus: وسلطان در آن زمان مکتوبی بخلیفه عباسی القادر بالله نوشت که چون اکثر بلاد خراسان بما تعلق دارد توقع آنکه بعضی از بلاد که در تصرف عمال ایشانست بمردم ما واگذارند خلیفه چون چاره نداشت التماس را

Quum Scharus ad aulam Sultani pervenisset, iussit Sultanus p. 58.
hunc principem ad terram deiici atque et in ipsius correctionem

---

اجابت نموده آنچه از ولایت خراسان در تصرف او بود همرا بتصرف یمین الدوله گذاشت ونوبت دیگر سلطان محمود نامه بخلیفه بغداد قادر بالله بنوشت مشتمل بر آنکه سمرقند بدو بخشد ومنشور فرستد خلیفه گفت معاذ الله این کار نکنم واگر تو بیفرمان من قصد گرفتن او نمایی عالمرا بتو بشورانم سلطان تیره شد ورسول خلیفهرا گفت خواهی بهزار پیل آمده دار الخلافه ویران کنم وخاکش بر پشت پیلان بغزنین آرم رسول برفت وبعد از چند گاه باز آمده نامه آورد سلطان بنشست وغلامان صف زدند وپیلان کوه پیکر بر در سرای داشتند ولشکر تعبیه کردند رسول در آمد ونامه سربمهر پیش تخت بگذاشت وگفت امیر المومنین میگوید جواب تو اینست خواجه ابو نصر زوزنی که امیر دیوان رسالت بود نامه بکشاد ودید نبشته بسم الله الرحمن الرحیم انگاه سطری چنین مقطعات الم الم ودر اخر نوشت الحمد لله رب العالمین الصلوات علی رسوله محمد وآله الاجمعین دیگر هیچ ننوشته سلطان بهمه کاتبان در اندیشه بماند که آیه چه نوشته باشد وچه رمز او بود وهر آیتی که در قران علم بود جمله بخواندند وتفسیر کردند هیچ معلوم نشد خواجه ابو بکر قهستانی که هنوز درجه وحالتی نداشت قدم حیرت پیش گذاشته گفت چون خداوند بپای پیلان تهدید کرده بود شاید جواب الم تر کیف فعل ربک باصحاب الفیل نوشته باشد سلطان بمجرد شنیدن از هوش برفت وچون باز آمد گریه بسیار کرده از رسول معذرت خواست ومع تحف باز گردانید وابو بکر را خلعت بخشید وبدرجهء امارت رسانید i. e. „Sultanus illo tempore litteras Kadirbillaho Chaliphae Abbasidae scripsit [huius argumenti]: „quum maxima pars provinciae Chorasani meae dominationi subiecta sit, spero fore ut illae huius provinciae regiones, quae suis adhuc parent procuratoribus, meis hominibus tradantur." Atque Chalifa omnibus praesidiis destitutus quod postulabatur indulsit atque totam Chorasani partem, quae in sua adhuc erat auctoritate, Iemineddaulae administrandam concessit. Paulo post Sultanus iterum litteras Kadirbillaho Chaliphae Bagdadensi scripsit quibus Samarcandi civitas ut sibi concederetur atque ea de re diploma mitteretur postulavit. Chalipha respondit: „absit ut hoc faciam; ubi vero absque mea auctoritate illam urbem in tuam potestatem redigere audebis, universum orbem terrarum contra te commovebo." Sultanus hoc responso indignatus legato Chaliphae haec verba dixit: „An vero tibi placet ut cum mille elephantis Bagdadum contendam, sedem Chaliphae destruam eiusque terram dorsis elephantum Gasnam ferendam imponam?" Tum legatus Chaliphae reversus quidem est, aliquanto vero post rediit; quumque Sultanus stipatus satellitibus suis in throno consedisset, elephantis monstrosae magnitudinis ante portas palatii constitutis copiarumque acie disposita, intravit legatus atque litteras obsignatas ante thronum Sultani deposuit: „Princeps fidelium" inquiens, „ait, hoc esse responsum quod tibi debeatur." Atque vir clarissimus Abu Nasrus Suseni qui primicerii scribarum tunc fun-

et in aliorum exemplum flagris caedi. Deinde ab augusto throno mandatum exiit, ut carcere includeretur atque omnia ipsi praeberentur quibus opus haberet, ita tamen ut nesciret Sultani permissu hoc fieri, ne id superbiae et arrogantiae causa ipsi esset. Quum Scharus in carcere rogasset, ne a ministerio suo arceretur unus ex famulis quem praecipue diligebat, atque ut facultatum suarum tantum, quantum ad subveniendum necessitatibus opus esset, Sultani ministri sibi redderent, Sultanus haec annuit, atque etiam patrem Schari Heratha Gasnam vocavit, benignissime excepit atque omnes, quos in Gordschesthano Schari possidebant, fundos et agros ab illis emit, quorum pretium illis numerata pecunia persolvit, ut in suum commodum illud converterent. Vir inclytus Ahmedus (filius Hasani) Meimendi Scharum Abu Nasrum in umbram sui praesidii suaeque

---

gebatur munere, quum aperuisset has litteras, vidit scriptam in iis primo loco esse formulam: „in nomine Dei misericordis et clementis," quam exciperet linea nil exhibens nisi notas ا ل م iterum iterumque repetitas, claudi deinceps has litteras formula: „Laus sit Deo saeculorum dominatori atque faustissima quaeque contingant Mohammedo, legato Dei, cunctaeque illius progeniei" atque illas praeterea continere nihil. Itaque Sultanus cum omnibus quidem scribis suis de dicto Corani quod his notis forte significaretur deque recondito huius dicti sensu consilium iniit, verum etsi omnes Corani versus perlegerent atque sedula meditatione perpenderent, verumtamen nihil prorsus illi effecerunt donec vir clarissimus Abu Bekrus Cahisthanensis, cui tum neque ex dignitatis gradu neque ex aliquo officio auctoritas inesset, trepide accessit: „Quandoquidem," inquiens, „Sultanus minatus est, se cum elephantis aggressurum esse Chaliphae sedem, quodnam responsum magis convenire potest quam illud Corani (Sur. CV. 1.) dictum (notis ا ل م significatum): videsne, quid constituerit dominus tuus de illis qui elephantibus superbiant?" Quae quidem verba vix auribus perceperat Sultanus quum anima repente eum defecit; mox recuperatis viribus Mahmudus legatum blandis verbis placavit muneribusque donatum domum remisit, Abu Bekrum vero chlamyde honorifica ornavit atque ad Emiratus dignitatem evexit." Haec de Samarcandi civitate a Mahmudo postulata narratio in uno tantum meorum codicum legitur, in altero et in interpretatione Alexandri Dow omissa est; apud Briggsium legitur indignissime mutilata et decurtata. Priores ad Chalifam a Sultano scriptas litteras Ibn Haidarus refert ad annum 404 post expeditionem Indicam a Mirchondo capite XIII. narratam.

tutelae admisit, donec anno CCCCVI in vicinitatem regis misericordis atque omnium peccatorum condonatoris (Dei) transiit. p. 59. Ann. Ar. 406 inc. 21. Iun. 1015.

CAPUT XIII.

EXPUGNATIO ALIARUM INDIAE PROVINCIARUM A SULTANO PERFECTA.

Ineunte autumno (59) Sultanus Iemineddaula Mahmudus Gasna in Indiam contendit, sed propter nivis copiam tunc redire coactus vere oborto rursus cum exercitu fortissimo iter in Indiam ingressus est. (60) Eo tempore quidam Radscha Indicus, quum audivisset Sultanum suam ditionem petere, ad bellum cum eo se paravit. Iemineddaula igitur illi appropinquans exercitum in acies disposuit; dextrae alae [fratrem] Emirum Nasrum, laevae Arslanum Hadibum, primae aciei Abu Abdallam Arabem Taiensem, mediae aciei Althunthaschum cubicularium praefecit. Hoc apparatu conspecto Indorum rex perterritus inter duos montes altissimos se recepit aditusque et exitus elephantibus montes magnitudine referentibus firmavit. Tum per universam ditionem litteris querulis missis omnes copias imperii et equestres et pedestres convenire iussit, a bello interim prorsus se continens Moslemosque diuturnitate morae fortasse fatigatum iri

Ann. Ar. 404. inc. 12. Iul. 1013. A. Chr. 1014. p. 60.

(59) Anni numerus indicatur a Ferischthaho (Briggsius p. 54. Dow p. 50.) et Ibn Haidaro.

(60) Auctore Ferischthaho haec expeditio suscepta est expugnandae arcis Nindnehae in montanis Balnath sitae (قلعه نندنه كه در كوه بالناتست) expugnandae causa. Haec arx, quae in altero Ferischthahi codice Ninduneh (نندونه) appellatur, ad ditionem pertinebat Batru Dschipali (بترو جيپال in altero cod. بتر جيپال), Radschae Lahorae, qui patri Anindpalo paulo ante mortuo in regno successerat. Eodem Ferischthaho auctore rex Indicus appropinquante Sultano Kaschmirum aufugit, tum Mahmudus arcem Nindneh obsidione cinxit, qua quidem expugnata Kaschmirum contendit atque hanc regionem, quum Dschipalus in montana se abdidisset, depopulatus est.

credens. Postquam vero omnes copiae Indicae convenerunt, nihil amplius Radschae Indico restabat, nisi ut ad bellum se praepararet atque ante montes aciem instrueret, quam serie elephantorum monstrosorum aspectuque horrendorum circumdedit. Ita proelio incepto viri strenui pugnatorum ordines sicut muscas trucidabant, sicis pectora invicem transfodiebant, gladiorum ictibus in acie capita deiiciebant. Quoties autem elephanti in pugnam veniebant, fideles eos bipennibus (feriebant) et hastis ita perfodiebant, ut eorum proboscides collis affigerentur. Abdallam Taiensem inprimis quum rex Indicus in suos saevire sanguinemque fundere conspiceret, fortissimos suorum adversus illum misit, qui sicuti iussi erant Abdallam
p. 61. gravibus vulneribus sauciarunt. (*) Qui quum nulla ratione ex turba, qua circumfusus erat, se eripere et captivitatem evadere posset, Sultanus discrimine in quo versabatur conspecto, satellitum qui suum ipsius corpus custodiebant manum illi in auxilium submisit, ut fortissimum bellatorem ex hoc periculo liberarent. Tum illum elephanto imponi iussit, ut a vulnerum dolore respiraret. Ita quum aliquamdiu ancipiti marte pugnatum esset, tandem ad Sultani partes fortuna se inclinavit. Infideles igitur terga verterunt, et fideles eos insecuti plurimos vilissimorum hominum confecere impurasque scelestorum hominum opes et elephantes rapuere. Perlatus est inter alia ad sagacissimum Sultani visum ex quodam huius regionis templo ([61]) lapis caelatus, cui inscriptio inerat illud templum ante quadragies mille annos aedificatum esse significans. Sultanus perversam

---

(*) In persicis: „atrocibus vulneribus cribri similem illum reddidere."

([61]) Erat hoc templum exstructum in pago Nasin appellato. Kitab Iemini p. 395. Silvestre de Sacy vir summus suspicatur Nasinum esse eundem locum quem Ferischthahus Nindneh sive Ninduneh vocat.

Indorum superstitionem mirans haec omnium theologorum sententiae repugnare ait, qui unanimi consensu contenderent, a creatione Adami, prophetarum summi, septem millia annorum nondum transiisse. Tum omnes qui aderant doctos, eruditos et sapientes homines hac de re consuluit, qui uno omnes ore responderunt, quae lapidi insculpta essent falsa sculptoremque impostorem esse. p. 62.

Sic igitur immensis cum spoliis et innumerabili praeda fidelium exercitus Gasnam rediit. Militum fidelium autem numerus inter hostes captivos vix conspiciebatur; nam singuli homines ducentenos vel trecentenos captivos ducebant.

Ann. Ar. 406 inc. 21. Iun. 1015.

Postquam ex itineris peracti molestiis copiae pro causa Dei certantes aliquamdiu quietem ceperunt, Sultanus rursus in Hindosthanum incursionem fecit. ([62]) Etenim audiverat, esse in his regionibus vel paulo ulterius elephantorum genus, quos elephantos Moslemicos appellarent, ([63]) huiusque regionis principem inter infideles [impietate] excellere. Sultanus igitur transitis desertis in hanc regionem pervenit et principe infideli acie debellato multa cum praeda et immensis opibus Gasnam reversus est.

([62]) Videtur haec expeditio esse ea in Kaschmirum facta excursio de qua Ferischthahus exponit (Briggsius p. 54. 55.). Obsedit Mahmudus frustra arcem munitissimam Luhkutum (لوه كوت); quippe ingruente hyeme obsidionem solvit et Gasnam reversus est. Hoc in reditu Mahmudus a viae ducibus perfidis in desertum aquosum et palustre seductus haud exiguam copiarum partem amisit, id quod Abulfeda (Ann. moslem. T. III. p. 22.) Ferischthahus et Ibn Haidarus memoriae tradidere.

([63]) Videtur esse idem elephantum genus quos Mirchondus noster cap. XV. p. 72. a Deo datos (خدای آورد) appellat. De his elephantibus Herbelotus (Biblioth. orient. v. Fil et Pil) Chondemirum auctorem citans haec docet: „*Ces éléphans faissaient des espèces de génuflexions et de prostrations qui firent croire assez sottement aux Mahométans . . . . que ces animaux étaient de leur religion.*" Othbio auctore hi elephantes, quos ille Sailemanos nominat, in regione Tanischer vocata nutriebantur. Kitab Iemini p. 395. De Tanischero (Tahnesur) vid. supra annot. 52.

p. 63.

CAPUT XIV.

CHARISMSCHAHUS IMPERIO EXUITUR, QUOD SIBI VINDICAT IEMINEDDAULA MAHMUDUS SOBOKTHEGINUS.

Abu Alius, quum a patre Mamuno ad ipsum Charismiae imperium transiisset, Sultani Mahmudi sororem in matrimonium duxit, atque iuncta affinitate mutua horum imperatorum amicitia firmata est, quae perduravit quamdiu Abu Alius regnum tenebat. Qui illi successit, frater Mamunus (64) Mamuni filius, legatum ad Sultanum misit illumque certiorem reddidit, se in eadem qua fra-
Ann. Ar. 406. ter defunctus erga Sultanum fide esse permansurum, ac simul fratris viduam in matrimonium expetivit (65). Cui rogationi quum Sultanus annuisset, longum per tempus amicitia et mutuus amor inter eos obtinuerunt. Circa extremum autem vitae Mamuni tempus Sultanus legatum ad illum misit atque ab eo flagitavit, ut pro se preces publicas in Charismia fieri iuberet. Ea de re quum Mamunus purpuratos imperii consuleret, plerique hoc fieri vetabant, ita loquentes: ,,Quamdiu imperium tuum a tam turpi societate immune erit,
p. 64. nos libenter tibi obsequemur; ubi vero in servitutem te dare atque aliquo imperii socio inferior esse velis, nos te gladio stricto obtruncabimus, et alium principem in tuum locum substituemus." Sultani legatus reversus, quae suis ipsius oculis viderat ad dominum retulit. Magnates autem deinceps iniuriam qua suum principem affecerant reputantes, etiam Sultani vindictam propter insolens responsum illi datum extimescebant. Inaltheginus (66) autem

---

(64) ابو العباس مامون. Ferischthahus.

(65) Annus quo Charismschahus Mamunus sororem Mahmudi uxorem duxit notatur a Ferischthaho. Idem vero auctor prioris connubii, quod haec femina cum Abu Alio contraxerat, non meminit sed eam hoc demum anno in Charismiam se contulisse tradit.

(66) Kitab Iemini (p. 398. 399.): Nébalthégin. Ferischthahus: البتکین بخاری کہ

qui inter scelestos istos homines dux copiarum Charismicarum tabulisque publicis praefectus erat et summam rerum administrabat, quum aliquando cum consciorum sceleris manu cubiculum quod Mamunus habitare solebat ingressus esset, mox nuncius caedis Mamuni per urbem vulgatus est, sed nemo umquam comperit, qua ratione atrox hoc scelus perpetratum sit. Deinceps filio eius Mamuno iuramenta praestita sunt. Quum autem nefanda illa hominum turba accepisset, Sultanum hanc rem aequo animo non ferre sed gladio ultionis vagina extracto meritam et debitam ab illis poenam esse sumturum: iuramentis illi se obstrinxerunt, quominus rem communem desererent, si Sultanus ultionem quam minaretur exsequi vellet. p. 65.

Iemineddaula igitur, quum scelus ab illis flagitiosis hominibus perpetratum comperisset, re deliberata, cum exercitu satis instructo in Charismiam contendit ([67]). Atque Inaltheginus cum audacissimorum et fortissimorum hominum turba in primam Sultani aciem noctu impetum fecit, neque procul inde res aberat ut gravissima calamitate exercitus fidelium affligeretur. Sultanus autem hac re ipsi nunciata vehementi indignatione perculsus (*) vexilla victoriosa moveri iussit ([68]). Pugnatum est a prima luce usque ad meri- Ann. Ar. 407 inc. 9. Jun. 1016.

سپهسالار ایشان بود (i.e. Alptheginus Bocharensis qui summus dux eorum erat). Ibn Haidarus, qui chronico suo eandem quam Mirchondus narrationem mutatis passim dictionibus inseruit: بنالتکین et ینالتکین. Briggsius (p. 56.): *Sipustugeen.* Dow (p. 52.): *Abistagi.* Herbelot (v. Mahmoud): *Begalthegin.*

([67]) Scilicet auctore Ferischthaho Gasna Mahmudus profectus est Balchum et inde in Charismiam. Briggsius et Dow l. c.

(*) In persicis: „Radius huius nuncii vestibulum mentis lucidae regis terrae marisque inflammavit."

([68]) De hac re ita exponit Ferischthahus: رسید (alter cod. بحفرینند) وچون بخصرینند که سر حد خوارزم است محمد بن ابرهیم طایی‌را مقدمهٔ لشکر کرده پیش فرستاد وقتی

diem (69); inclinante die innumerabilis turba ictibus equitum et impetu elephantum Mahmudi in hac pugna periit; quindecim millia hominum in captivitatis miseriam inciderunt. Ceteri infortunatorum istorum hominum fugam capessivere. Inaltheginus navem quidem conscendit Oxum transiturus, at inter navigandum ex ignota causa petulanter in familiarium unum qui in eadem navi erat agere coepit, quo eo tandem res pervenit, ut is illum caperet et vinculis ligaret, deinde nautas iuberet navem ad Sultani castra ducere. Hac igitur ratione quum Inaltheginus ad Sultanum perductus esset, Mahmudus ex illo eiusque sodalibus quaesivit, quaenam tam atrocis
p. 66. sceleris causa ipsis fuisset. Atque quum Inaltheginus nullam sperans salutem ferox responsum dedisset, ceteri quidem captivi poenitentia et pudore propter scelus a se perpetratum fracti capita demiserunt, Sultanus vero nihilominus iussit patibula exstrui circa Charismschahi sepulchrum iisque Inaltheginum ceterosque sceleris participes affigi, atque haec verba [arabico sermone] Charismschahi sepulchro inscribi: ,,Hic sepultus est Mamunus filius Mamuni,

---

که ایشان منزل گرفتند وبنماز بامداد مشغول شدند خمارتاش که سپهسالار خوارزمیان بود از کمین بر آمده بر ایشان تاخت وجمعی کثیررا بقتل آورده جمعیت ایشانرا از هم پاشید واین خبر چون بسلطان رسید فوجی بزرك از غلامان خاصه‌را بتعاقب او تعین فرمود ایشان دنبال کرده (تعاقب نموده alter codex) اورا گرفتند ونزد سلطان آوردند

i. e. „Quum Sultanus Chadarbendum (Haferbendum), urbem in finibus Charismiae sitam, pervenerat, Mohammedum filium Ibrahimi Arabem Taiensem cum primo agmine antecedere iussit. In has copias, quum metandis castris et precibus matutinis celebrandis occupatae essent, Chamarthaschus summus exercitus Chorasanici praefectus ex insidiis impetum fecit, multos milites occidit atque reliquum agmen dissipavit. Quae res posteaquam Sultano nunciata est, ille copiosam suorum satellitum manum misit ad persequendum Chamarthaschum, atque hi Sultani satellites mandatum domini sui exsecuti hostium ducem captum ad Sultanum perduxere."

(69) Scilicet altero proelio prope locum Hesaraspum (هزاراسپ) dictum. Ferischthahus ex interpretat. Briggsii l. c. p. 56.

in quem perfide egerunt satellites ipsius, cuiusque sanguinem profuderunt ipsius ministri. Enimvero Deus Sultano Iemineddaulae et Aminelmillae eam indulsit gratiam, ut huius sceleris auctores puniret patibulisque affigeret in videntium exemplum et audientium documentum" ([70]).

Provinciam Charismiam Sultanus cubiculariorum primo Althunthascho concessit, et captivorum magnam multitudinem Gasnam misit, ubi vinculis aliquamdiu detenti sunt, deinceps in libertatem restituti in Sultani exercitu adversus Indos stipendia fecerunt.

CAPUT XV.

p. 67.

EXPUGNATIO MEHRAE ET KANUDSCHAE.

Ita expeditione in Charismiam finita, Sultanus hiemem Bosthi et Thenknabadi transegit, ut copiae ab illius itineris molestiis quietem caperent. Circa tempus autem veris et aequinoctii verni cum copiis et suis et viginti millibus aliorum voluntariorum Islami propugnatorum qui e provincia Transoxana ad ipsum pervenerant, ut praemia belli adversus infideles gerendi nanciscerentur, ideoque iter Sultani cupide exspectaverant, Mehram et Kanudscham versus contendit ([71]).

Ann. Ar. 407 inc. 9. Iun. 1016.

Annalium scriptores observant, Kanudscham a nullo umquam principe extero expugnatam esse, nisi a Guschthaspo, summo sui

([70]) Ibn Haidarus hanc inscriptionem in persicam linguam convertit: عبارتی عـــربی کـه ترجمه اینست حشم وخدم او برو باغی وعاصی شده اورا بطریق ظلم کشتند وبنابرین حق سبحانه وتعالی یمین الدوله سلطان محمودرا بـر ایشان گماشت کـه ایشانرا از بـرای عبرت عالمیان بقصاص آن بر سر قبرش بر دار کشیدند.

([71]) Praeter Othbium (Kitab Iemini p. 399. sq.), Ferischthahum et Ibn Haidarum hujus expeditionis etiam Abulfeda mentionem facit (Annal. moslem. T. III. p. 26.) in anni notatione cum Mirchondo conspirans arcesque Kaschem (قشم) et Kanudscham a Mahmudo anno Arab. 407 expugnatas esse ac Sultanum usque ad amnem Kilum (کیل) penetrasse narrans. Ferischthahus hanc expeditionem refert ad annum 409, Ibn Haidarus ad annum 408.

temporis principe. A Gasna usque ad Kanudscham erat trium mensium iter (72). Quo in itinere quum Sultanus in Kaschmirum pervenisset, huius regionis princeps se subiecit, et in primo exercitus agmine exploratoris munere fungens profectus est. Ita exercitus fidelium et per deserta et in viis stratis iter faciens rivos et fluvios ingentes transiit, donec ad arcem quandam munitam, quam princeps potentissimus magnaque auctoritate pollens tenebat (73), perventum est.
p. 68. Hic princeps quum propugnatorum fidei numerum conspexisset, cum suis militibus et comitibus arce egressus unum verumque Deum professus est, beatitudinisque quae ex vera religione nascitur particeps factus est (74). Hinc Sultanus ad arcem quandam contendit, quam Kelchendus tenebat (75). Hic Kelchendus quasi

---

(72) Addit Ferischthahus: واز هفت آب هولناک می باید گذشت i. e. „septemque amnes periculosi traiiciendi erant." Ab Othbio praeter Oxum appellantur quinque amnes, quos traiecit Mahmudus: Hailam, Tschandar, Abrah, Bérat et Eskender. Kitab Iemini p. 400.

(73) Huius principis nomen Kurehum (کوره, apud Dow: *Korra,* apud Briggsium: *Koowur Ray*) fuisse Ferischthahus docet. Illi, qui tum Kaschmiro praeesset, principi Othbius (Kitab Iemini p. 400.) Khabli Ibn Schami nomen fuisse tradit.

(74) Hunc principem ad Islamum se convertisse etiam Chronicon Habib assair (حبيب السير) narrat, quod a Ferischthaho docemur.

(75) Kitab Iemini et Ferischthahus: کلاجند (*Kaldjend*). Scilicet Ferischthaho auctore Mahmudus duo tresve dies (دو سه روز) in ditione Kurehi principis moratus ad arcem Mirthahi (میرته, alter cod. میرت, Dow: *Merat,* Briggsius: *Merut*) perrexit. De iis quae ibi accidere rebus ita exponit Ferischthahus: وراجه آن قلعه هردت نام حصار بقوم خویش سپرده بکوشه رفت واهل قلعه تاب مقاومت نیاورده ده هزار باره هزار درم که دو لک وپنجاه هزار روپیه باشد وسی زنجیر فیل پیشکش کرده امان یافتند i. e. „Atque Radscha huius arcis Hirdithus nomine arcem fidei incolarum commisit et in latibulum secessit. Incolae autem quum resistere non auderent, oblatis Sultano decies millies mille dirhemis, qui faciunt duas Laccas et quinquaginta millia Rupiarum, et triginta elephantis pacem redemerunt." Inde Mahmudus ad arcem Kelchendi (apud Ferischthahum: *Keldschend* کلاجند, Dow: *Calchunder*) castra movit. Hanc arcem Bahavuni (بهاون, Dow: *Mawin,* Briggsius: *Mahavun*) nomen habuisse

alter Farao propter opum et copiarum multitudinem ditionisque amplitudinem superbiebat, regumque Indicorum celeberrimi eius potentiam extimescebant. Etenim propter arcium firmitatem a saeculi calamitatibus usque ad hoc tempus immunis fuerat, neque ullus umquam hostis aliquid adversus illum valuerat. Fiduciam eius praesertim confirmabat silva quaedam tam densa, ut per arbores earumque frondem neque solis radiis neque ventorum flatui via pateret. Eo quum pervenisset Sultanus, copias suas silvam ingredi eaque percursa hostes adoriri iussit. Sic proelio cum vilissimis istis hominibus incepto Sultanus victoria mox potitus est. Kelchendi militum alii gladiis obtruncati sunt, alii qui in aquam se deiecerunt in mari erroris suffocati sunt, adeo ut quinquaginta millia istorum nebulonum hoc die perirent. Kelchendus autem sica p. 69. stricta primo uxorem suam interfecit, deinde suum ipsius pectus transfodit. Praeter reliquam praedam Sultanus centum et octoginta quinque elephantis potitus est ([76]).

---

atque ad ripam amnis Dschuni sitam fuisse (که در کنار آب جون واقعست) Ferischthahus docet. Ceterum Othbius arci Bahavun nomen fuisse Barma eiusque principem Harunum (هرون) appellatum fuisse contendit, Kitab Iemini p. 400. Idem auctor narrat, Sultanum die XX mensis Redscheb anni 409 (2. Dec. 1018) in vicinia huius arcis castra metatum esse.

([76]) Alio modo de hac re exponit Ferischthahus (ex nostrorum quidem codicum lectione): وکلچند بر فیل سوار شده خواست که از آب گذشته فرار نماید لشکریان سلطان تعاقب نموده چون باو رسیدند خنجر پیداد کشیده اول سر زنان وفرزندان خودرا برید وبعد از آن همان خنجررا بر سینهء پرکینهء خود نهاده زور کرد که از پشتش بیرون آمد ورخت هستی بدار البوار کشید i. e. „Keldschendus elephanto vehens amnem traiicere atque fugam capere tentabat; quum vero milites Sultani qui illum persequerentur accurrere videret, gladio stricto primo uxoribus et filiis capita abscidit, deinde eundem gladium in suum ipsius impium pectus tanta cum violentia adegit, ut dorso exiret vitamque eius terminaret." Alia itidem leguntur apud Dowium (p. 53. 54.) et Briggsium (p. 58.). Ceterum Ferischthahus proelio octoginta tantum elephantos, Ibn Haidarus centum et quinquaginta, Othbius (Kitab Iemini p. 401.) centum et octoginta quinque captos esse tradunt.

Ita re cum Kelchendo transacta Sultanus ad urbem quandam contendit peregrinationibus sacris Indorum celebratam (77); atque Moslemi quum eo pervenissent, egregia huius urbis aedificia structurasque vehementer admirati sunt. Erant ibi inter alia mille palatia alabastrite et marmore exstructa, idolorumque templa omnem numerum excedebant. Ipse Sultanus in litteris quas ad nobiles Gasnicos misit haec scripsit: „Si quis talia aedificia exstruere vellet, hoc nonnisi centies millies millies mille denariis expensis et ducentorum annorum spatio peritorum artificum ope perfecturus esset." In idolorum quae ibi colebantur numero inventa sunt quinque ex auro facta, quorum singuli in oculorum locis binos habebant hyacinthos
p. 70. tanti pretii, ut Sultanus singulos qui ipsi afferrentur a possessoribus quinquagenis millibus denariorum emeret. In uno idolo erat hyacinthus caeruleus purissimus, qui quadraginta miskala pendebat. Huius idoli pedes continebant auri pondus quattuor millibus denariorum et quadringentis miskalis aequale. Idolorum autem argenteorum numerus iniri non poterat.

Quorum idolorum templis igni cremari iussis, Sultanus (78) Kanudscham perrexit; maxima copiarum parte e longinquo sequente eo consilio ut Hipalus (79), Radscha Kanudschae, hoc exiguo tantum

---

(77) Ferischthahus: شهر موسوم بمتورة (متوهرة alter cod.) كه مولد كشن بن باسديو است وهندوان اورا پيغمبر محل حلول الله تعالى ميدانند i. e. urbem Muthureh (Muttra) appellatam, urbem natalem Kescheni (Dow. p. 54.: *Kissen*) filii Basdivi, quem Indi legatum Dei O. M. fuisse opinantur (Briggsius p. 58.: *the rich city of Mutra consecrated to Krischn-Vas-dew, whom the Hindoos venerate as an emanation of God*). Idem auctor docet, hanc urbem in ditione Radschae Dehliensis fuisse.

(78) Viginti diebus Muthurae moratus, auctore Ferischthaho.

(79) Etsi omnes codices mei et Kitab etiam Iemini lectionem حبيال tuentur, praeferendam tamen esse iudico rationem Ibn Haidari جبيال (Dschipalus) scribentis.

numero viso deceptus subsisteret et fugam turpem putaret. Scilicet ille principem inter reges Indicos locum tenebat. Neque vero quod volebat Sultanus assecutus est. Illum enim appropinquare quum audivisset, Hipalus in latibulum confestim secessit vim opponere non ausus. Omnes autem regiones et urbes, ad quas in hoc itinere perveniebat, ferro et igne Mahmudus vastavit. Die XVIII. mensis Schaban anni CCCCVII (18 Ian. 1017) quum Kanudscham pervenisset, conspexit ad ripam Gangis septem arces usque ad astra altitudine pertingentes, quibus arcibus earumque suburbiis inerant decies mille idolorum templa, quae iam ante trecenties vel quadringenties mille annos exstructa esse Indi fabulabantur ([80]). Omnes has septem arces uno die Sultanus expugnavit, quoniam maxima incolarum pars incursione exercitus fidelium perterrita aufugerat. Post p. 71. Kanudscham exspoliatam Mahmudus versus arcem Mihum appellatam ([81]) contendit. Cuius arcis custodes portis clausis arcem tradere recusabant; videntes autem se resistere non posse, alii a muris se praecipitaverunt, alii gladiis et hastis ipsi mortem sibi conscivere ([82]).

([80]) Ferischthahus, qui narrationis suae de his septem arcibus expugnatis fontem esse dicit chronicon Elphi (تاريخ الفى), addit: ووالى آن قلاع باج گذار راى دهلى بود آن مقدار اموال كه توانست برداشته روى بگريز نهاد i.e. „Princeps harum arcium, qui Radschae Dehliensis tributarius erat, suarum opum quantum poterat secum ducens fugam capessivit." Othbio auctore Mahmudus in hanc regionem pervenit die VIII mensis Schaban anni 409 (20. Dec. 1018). Kitab Iemini p. 402.

([81]) Ferischthahus: بنج .... وآن قلعهء بود پر از مردان كارزار وآزوقه بسيار i.e. „Bendch.... quae quidem arx plena erat pugnatoribus et largo commeatu." Briggsius (p. 59.) consentiente Dow (p. 55.): *The fort of Munj was full of Rajpoots.* Ibn Haidarus eandem quae apud Ferischthahum legitur sententiam enuntians illam arcem appellat Mubedchum مبج. Kitab Iemini p. 402.: „*une place forte nommée Mendj et que l'on désignoit sous le nom de Château des Brahmes.*"

([82]) Ferischthahus: چون مشرف بر آن شد كه مسلمانان بجبر وقهر مفتوح سازند جمعى از كفار از بالاى قلعه خودرا بزير انداخته هلاك ساختند وبعضى با زن وفرزند

Hinc Sultanus perrexit ad arcem (*) Dschendpali, fortissimi principis, ditionisque amplitudine ac copiarum multitudine omnes aequales superantis; cui quum Radscha Kanudschae non semel bellum intulisset, nihil umquam effecerat. Etiam hic princeps, quum multitudinem copiarum Moslemicarum videret, arce relicta fugae se mandavit. Quem insequentes Moslemi multis opibus et elephantis potiti sunt. Ita arce Dschendpali expugnata, Mahmudus adversus Dschendradscham ([83]), hominem superbum, contumacem et ferocem movit; atque ille rex similiter cum opibus et thesauris suis regno deserto in silvas Indicas se abdidit ([84]). Illum Sultanus persecutus est et post undecim parasangarum iter attigit. Hostes opes quidem suas et impedimenta
p. 72. disperserant, ut fidelium animis praeda colligenda a persecutione distractis ipsi vitam salvarent; exercitus autem pro vera fide certans obiecta spolia neglexit atque per tres dies noctesque persecutione continuata infideles trucidavit eorumque opes rapuit. Ele-

---

در آتش خویشرا سوختند وبرخی دروازهٔ قلعهرا کشوده دست بجمدر وخنجر کرده با مسلمانان چندان جنگ کردند که بالتمام بقتل رسیدند i.e. „Quum iam in eo esset, ut Moslemi arcem vi et impetu caperent, alii infidelium ex summa arce se praecipitantes periere, alii cum uxoribus et filiis igni se ipsos combussere, alii, portis apertis, gladiis et ensibus tamdiu adversus Moslemos proeliati sunt donec omnes occisi sunt." Quae in hoc loco legitur vox جمدر (in altero cod. جمندر) (italice *Scimitarra*, hispanice *cimitarra*, anglice *cimeter*) est nomen Hindosthanicum acinacem significans جمدهر (*dschamdehr*), quod compositum esse dicitur ex nominibus sanscriticis यम nomine Dei, qui morti praeest, et धार् quod quidem nomen inter alia de acie gladii vel pugionis usurpatur. Vid. J. Shakespeare's *Dictionary Hindoostani and English, London* 1817. 4. p. 281. Rectius haud dubie idem nomen derivatur a यम geminus, adeo ut gladium ancipitem significet. Eodem Ferischthaho auctore Mahmudus in hac arce obsidenda quindecim dies (پانزده روز) consumsit (Briggsius et Dow: *twenty five days*).

(*) Huius arcis nomen erat Asther auctore Othbio. Kitab Iemini p. 401.

([83]) Ferischthahus: *Dschender Rai* (جندر رای). Kitab Iemini (l.c.): *Djend-Rai.*

([84]) Ferischthahus: بکوهستان گریخت i.e. „in Kuhisthanum confugit."

phantorum alii vi capti, alii sponte elephantorum Sultani stabula ingressi eamque ob causam Chodai awerd [a Deo oblati] appellati sunt (85). Ex opibus Dschendraschae ter millies mille denarii rapti sunt. Captivorum numerus tantus erat, ut singuli denis drachmis venumdarentur (86). Huius victoriae fama usque ad extremas orientis et occidentis oras propagata est.

Posteaquam ex Hindosthano domum rediit, Sultanus Gasnae templum magnum exstruere aggressus ex India et Sindia ligna gravissima, firmissima et crassissima apportari, ex lapicidinis marmoris et alabastritis lapides quadrangulatos, sexangulatos et octangulatos proferri illudque templum variis coloribus ad horti instar ornari atque adeo picturis insigniri et decorari iussit ut viridario vere novo efflorescenti simile esset (87). Atque in huius templi

---

(85) Eandem rem narrat Ibn Haidarus. Ferischthahus de uno tantum elephante qui sponte Mahmudi stabula ingressus sit loquitur: گویند جندر رای فیلی داشت بغایت قوی هیکل ونامدار چنانکه در تمام هندوستان بآن مثل میزدند وسلطان چند مرتبه خواهان او گشته بهای گران خریداری کرد ومیسر نشد در آن وقت شبی فیلبان از اردوی جندر رای گریخته قریب سراپردهٔ سلطان آمد سلطان اورا بدست آورد خوشحالیها فرمود وخداداد نام نهاد i.e. „Ferunt Dchender Radscham habuisse elephantem adeo fortem et famosum ut per totam Indiam in proverbium cessisset, atque Mahmudum, quum hunc elephantem acquirere gestiret, Dschender Radschae plus semel magnum quidem pretium obtulisse sed voto excidisse. Ille elephas tum nocte aliqua sine ductore ex stabulo aufugit atque ad Sultani tentorium accessit; Mahmudus quum elephante hac ratione potiretur vehementer laetatus illi nomen imposuit Chodadad (a Deo datus)." Ceterum conferri meretur de hac expeditione Kitab Iemini p. 403. 404.

(86) Ferischthahus: چون بغزنین رسید غنایم سفر قنوجرا شمار کردند بیست داند هزار هزار درم آمد وپنجاه سه هزار برده وسیصد وپنجاه فیل ودیگر نفایس خارج آن بود i.e. „Quum Sultano Gasnam reverso praedae in expeditione Kanudschensi raptae numerus iniretur, reperti sunt vicies fere millies mille dirhemi, tria et quinquaginta millia (Briggsius: 5300) captivorum, trecenti et quinquaginta elephanti praeter alias res pretiosas."

(87) Ibn Haidaro et Ferischthaho auctoribus hoc templum adeo magnificum erat, ut inge-

p. 73. vicinia collegium Sultanus aedificavit quod optimis libris largiter instruxit pagisque assignatis et vectigalibus ditavit (88). Quam Sultani pietatem etiam optimates et purpurati imitati in operibus piis certabant, adeo ut eorum quae in illis terris facta sunt bonorum operum numerus iniri nequeat (89).

Ann. Ar. 410 inc. 19. Maii 1019. [Anno ccccx Iemineddaula litteras, quibus de omnibus victoriis a se in Hindosthano reportatis exponebat, Bagdadum misit; atque Chalifa Kaderbillahus consessum magnificum celebrans illas litteras coram populo in suggestibus alta voce legi iussit. Universus populus quum de propagatis Islami doctrinis tum de destructis paganitatis et impietatis fundamentis laetas gratias Deo reddidit, laudes Iemineddaulae celebravit atque summum numen imploravit, ut tam pii principis salutem et victorias augere vellet. Tanta erat Bagdadi hoc die publica laetitia et festivitas, ut unum ex statis diebus festis agi opinari posses; quippe cuncti iudicabant, Iemineddaulam in terris Indicis non minus praeclara facinora quam nobiles Mohammedi prophetae socios in Arabia, Persia imperiique Romani provinciis patravisse eoque praemia et huius et futuri mundi meruisse (90).

---

niosi homines illud sponsam coeli appellarent (که ظرفای وقت آن مسجدرا عروس فلک میگفتند). Vid. Kitab Iemini p. 404. 405.

(88) Vox مستغلات, quae in lexicis frustra quaeritur, videtur significare vectigalia quae in pagis et agris colliguntur, e.g. decimae. In Ibn Haidari codice scriptum est مسقلات; Ferischthahus eandem rem breviter sic enunciat: ودهان بسیار بر مسجد ومدرسه وقف فرمود i.e. „multos pagos templo et collegio assignavit"; in altero Ferischthahi codice inepte legitur وذهاب. Ceterum ea quae in Dowii et Briggsii interpretatione leguntur de museo, quod rebus raris mirabilibusque conservandis Sultanus Mahmudus condiderit, non reperiuntur in meis Ferischthahi codicibus. De avi mirabili ex India a Mahmudo perlata et ad Chalifam missa et de lapide aliquo mirabili, quem itidem ille Sultanus in expeditione Kanudschensi invenit, vid. Briggsius l. c. p. 61. 62.

(89) Quae sequuntur in nostra interpretatione uncinis inclusa, ea, quum omissa sint a Mirchondo, ex Ferischthahi chronico supplevimus. Verba persica infra addita sunt.

(90) Eandem rem etiam Ibn Haidarus iisdem fere verbis tradit.

Anno ccccxii quum numerosa Moslemorum sapientum et proborum societas Iemineddaulae hanc rogationem communem proponercnt, laudabile quidem esse, Sultanum quotannis in Hindosthanum impressionem faccre ibique Islamum propagare, verum neque illud negligendum esse, quod ex aliquo tempore via, quae Meccam duceret, ab Arabibus et Karmatis intercluderetur adeo ut Moslemi et Arabum Karmatorum metu et Chalifarum Abbasidarum imbecillitate a consequendis peregrinationis Mcccanae praemiis arcerentur: Sultanus huic rogationi annucns Abu Mohammedo Nasichio, supremo imperii iudici, caravanam peregrinatorum ducendam commisit et triginta millia denariorum aureorum tradidit, quibus Arabes viam caravanae intercludentes placaret. Ita instructum quum Iemineddaula Abu Mohammedum Meccam proficisci iussisset, multi magnatcs nobilesque, iuvenes et senes, huic itincri comites se adiunxere. Emensis viis et stationibus haec caravana, postquam desertum intraverat, ad locum Aphindum (Aphthedum) dictum (91) pervenit, ubi Abu Mohammedus cum Arabibus, qui occupata via peregrinatores ab itinere continuando prohibebant, ita res composuit, ut illi acceptis quinque millibus denariorum aureorum viam aperirent. Nihilominus vero unus ex ductoribus Arabum, Hammadus Ibn Ali appellatus, illa compositione repudiata, copias suas ad diripiendos spoliandosque peregrinatores ordinavit; sed ipso hoc temporis momento mancipium quoddam Turcicum, quod in hac caravana erat, sagittarius valde peritus, Hammadum tam opportuno sagittae ictu percussit, ut Arabs vulnerato capite protinus ex equo decideret. Quo viso Arabes cadaver ductoris mortui sustulerunt fugaeque se dederunt. Abu Mohammedus re bene gesta ceremonias peregrinationis hoc anno perfecit incolumisque et praeda onustus [Gasnam] reversus est. Laus sit propterea Deo, regi summe colendo. Ann. Ar. 412 inc. 16. Apr. 1021.

Eodem anno ccccxii Sultano Mahmudo nunciatum est, infideles in Hindosthano dcfecisse, adeo ut Kurehum, Radscham Kanudschae, multis iniuriis vexarent, et Nindam, Radscham arcis Kalindscharae, qui magno copiarum numero excelleret et Kureho propter foedus ab illo cum Mah-

(91) Ibn Haidarus: افند. Dow (p. 57.): *the desert of Achmid.* Briggsius (p. 63.): *the desert of Keid.*

mudo Sultano compositum infestus esset, provinciam Kanudschae hostiliter invasisse Kurehumque occidisse. Quas quidem res quum accepisset, Mahmudus tantis quantis numquam ante hoc tempus copiis collectis ultionis de Ninda Radscha sumendae causa cum ingenti apparatu in Hindosthanum profectus est. Quum vero ad amnem Dschun (92) pervenisset, Tirudschipalum [Tirdschipalum] (93), Radscham Pendschabi, non semel a Sultani copiis devictum, reperit cum exercitu ad pugnam instructo sibi occurrentem, ut Nindae Radschae opem et auxilium ferret. Tum Mahmudus propter illius fluvii violentiam et profunditatem edicto vetuit, ne quis Sultani iniussu amnem transiret. Nihilominus octo viri ex satellitibus domesticis Sultani fluvium aliquando traiecerunt totumque Tirudschipali exercitum perturbaverunt disieceruntque, adeo ut Tirudschipalus cum paucis tantum hominibus evaderet; qua quidem re bene gesta urbem vicinam invaserunt, praedam et rapinam ibi fecerunt idolorumque templa destruxerunt (94). Enimvero cordatus quilibet facile intelliget, octo ho-

---

(92) Ibn Haidarus: بکنار آب سند i. e. ad ripam fluvii Sind. Kitab Iemini (p. 405.): *sur le bord d'un fleuve rapide et profond, nommé Raheb.*

(93) Kitab Iemini (p. 403. 405.): *Pérou-Hébal.* Briggsius omisso huius principis nomine tantum ponit (p. 63.): „*the Raja of Lahore*". Ibn Haidarus, qui has res gestas ad annum CCCCXI refert: پال بن اندپال.

(94) De hac re narratio prorsus diversa legitur apud Othbium, Kitab Iemini p. 405. 406. Ibn Haidarus rem ita exponit: وبعد از تلاق فریقین آنچنان جنکی روی نمود که دیده فلک تا این زمان مثل آن جنک مشاهده نکرده آخر الامر نسیم نصرت وظفر بر پر علم یمین الدوله سلطان محمود وزیدن کرفت وپال بن اندپال با بقیه السیف روی بکریز نهاده از میان بیرون رفت وسلطان محمود متوجه قلعه او که بر قلعه کوی بنا یافته بود شد وچون در آن قلعه از سپاه (legendum est بر کوی expuncta voce قلعه) چندانی نبود بمجرد رسیدن یمین الدوله آن قلعه متصرف شد وغنایم بسیار بدست اهل اسلام افتاد وآنچه بخاصه سرکار سلطان محمود واصل شد هفت کرور زر سفید وهزار وهفتصد من الات طلا وجواهر بود القصه یمین الدوله سلطان محمود درین سال چنین فتح عظیم نموده سالم وغانم بجانب غزنین مراجعت نمود واین پال بن اندپال مکررا بیمین الدوله محاربها نموده بود اما این نوبت بالکلیه مستاصل شد که چنانچه اورا قوت وتوانایی آن نماند که دیکر تواند بمحاربه ومقاتله چیره شد i. e. „Concursu utrimque facto tam vehemens oborta est pugna qualem numquam antea viderat oculus coeli. Postremo victoria ad Mah-

mines non potuisse exercitum regium in fugam coniicere, nisi illi octo homines fuissent Emiri, qui cum copiis quibus praeerant amnem traiecerunt earumque auxilio tam egregium facinus perpetraverunt. Deinceps Sultanus ad provinciam Nindae perrexit. At vero iste regulus, qui omnia ad bellum gerendum pertinentia paraverat, cum sex et triginta millibus equitum, quinque et quadraginta millibus peditum et sexcentis et quadraginta elephantis castra Mahmudo opposuit. Tum Sultanum, quum ascenso colle copias hostiles observasset deque earum numero aestimationem fecisset, huius expeditionis susceptae poenituit; itaque ille fronte suppliciter ad terram demisso Dei auxilium opemque imploravit. Nocte vero sequenti Nindae animum tantus pavor occupavit, ut ille regulus impedimentis relictis aufugeret. Altero mane Sultanus de fuga Nindae certior factus ipse primus equum conscendit exploraturus, num hostes in insidiis laterent, quumque constaret nullam subesse infidelium fraudem et astutiam, praedae colligendae manum admovit. Immensa praeda exercitus Moslemorum potitus est, atque praeterea in silva quadam huius regionis quingenti et octoginta elephantes qui Nindae fuerant inventi sunt. Mox Sultanus, quum non e re esse iudicaret hoc anno iter in ulteriores provincias, Pendschabum dicimus aliasque, persequi in rebus a se gestis acquiescens Gasnam reversus est.

Eodem anno quum nunciatum esset incolas Ferathi (Kabrathi) ([95]) et Nardini, provinciarum in finibus Hindosthani sitarum, ab Islamo defecisse idolaque pristina rursus adorare, Sultanus exercitum convocavit

---

mudi vexilla se inclinante Pal filius Endpali fugiens pugnae se subtraxit. Tum Sultanus ad illius castrum in monte quodam exstructum perrexit; quod quidem castrum, quum praesidio sufficienti careret, Sultano postquam eo pervenit protinus traditum est. Tanta praeda ibi copiae Moslemicae potitae sunt, ut quae ex ea ad aulam Sultani perferrentur essent septem Koruri argenti (i. e. septuagies millies mille dirhemi) atque mille et ducenti menni vasorum aureorum gemmarumque. Tam insignibus igitur hoc anno victoriis reportatis Iemineddaula Gasnam reversus est. Atque illius Pali filii Endpali, qui saepius bellum contra Sultanum moverat, opes tunc adeo fractae sunt, ut ad renovandum bellum vires et robur deessent." De bello contra Nindam Radscham gesto Ibn Haidarus prorsus silet.

([95]) Dow (p. 59.): *Kiberat.* Briggsius (p. 65.): *Kurjat.*

atque adscitis in comitatum multis fabris ferrariis lignariisque et caementariis in illas regiones profectus est. Primo Ferathum invasit expugnavitque; quae quidem regio, quamquam media inter Hindosthanum et Turkesthanum interiacens perfrigida est, valde tamen est frugifera. Quumque huius regionis princeps Sultano in fidem se dedisset unaque cum subditis Islami sacra amplexus esset, Iemineddaula Alium Ibn Ili Arslanum cubicularium ad Nardinum expugnandum proficisci iussit. Is hanc quoque provinciam subegit, opes innumerabiles diripuit, captivos plurimos fecit et magnum idolorum templum quod ibi esset destruxit. Atque quae ibi rapta sunt opera caelata pictaque, ea prodidere, illud templum iam quadragies mille abhinc annis exstructum esse. Tum Sultanus similiter Nardinum profectus arcem ibi condidit eiusque custodiam Alio Ibn Dschug (Dschuk) commisit. Quibus rebus gestis [Gasnam] reversus est.

Ann. Ar. 413 inc. 5. April. 1022. Anno CCCCXIII Kaschmiri provinciam ingressus arcem Luhkuthum (Kuhkuth) obsedit, qua quidem obsidione licet unum mensem consumeret, arcem propter insignem eius firmitatem expugnare non valuit. Itaque obsidione soluta Lahoram perrexit, ubi castris stativis positis quum copias populatum praedatumque per universam regionem discurrere iussisset, ingentem praedam collegit. Atque quum illo tempore Tira Dschipalus omnibus praesidiis destitutus ad Radscham Adschmiri confugisset, Sultanus provinciam Lahorae sibi vindicavit et in custodiam unius ex Emiris familiaribus commisit, pluresque eo tempore Pendschabi regiones, a populandis praedandisque agris ad provincias occupandas conversus, procuratoribus fidis sollertibusque administrandas tradidit. Postremo copiis quae has regiones custodirent relictis, atque ita rebus constitutis ut suo nomine in hac provincia preces publicae e suggestibus fierent, ineunte vere Gasnam rediit.

Ann. Ar. 414 inc. 25. Mart. 1023. Anno CCCCXIII [CCCCXIV] ([96]) via quae Lahoram ducit provinciam Nindae regis ingressus ad arcem Kawariar perrexit eamque obsidione

([96]) Quamquam mei Ferischthahi codices in anni numero CCCCXIII consentiunt, praeferendam tamen iudico Dowii (p.60.) et Briggsii (p.66.) rationem qui numerum CCCCXIV dedere. Vid. Abulfedae ann. moslem. T.III. p.64., ubi expeditionis anno CCCCXIV a Mahmudo in Indiam susceptae mentio fit.

cinxit. Quattuor vero diebus elapsis Radscha huius arcis oratores misit valde eloquentes atque quinque et triginta elephantis Sultano traditis pacem obtinuit. Inde Sultanus ad arcem Kalindschar, sedem Nindae regis, contendit eamque obsedit. Tum Ninda itidem trecentis elephantis oblatis pacem rogavit. Cui rogationi quum Sultanus annuisset, Ninda ut Moslemos in discrimen adduceret trecentos elephantos sine ductoribus in planitiem vicinam dimisit. Sultani autem iussu Turcae illos elephantos ceperunt et conscenderunt. Quae res incolis Kalindschari permira visa est magnamque de Turcis opinionem adtulit. Mox Ninda carmen sermone Indico in laudem Sultani a se compositum ad Iemineddaulam misit; quod quum a sapientibus Indicis, Arabicis et Persicis, qui Sultani castra sequebantur, magna laude dignum iudicaretur, Iemineddaula tam honorifica laudatione exhilaratus Nindae praeter alia munera diploma misit, quo illi quindecim arcium, in quibus etiam Kalindschar erat, administrationem commisit; atque Ninda pecunia gemmisque plurimis vicissim oblatis effecit, ut Sultanus perfecta securitate illi concessa Gasnam rediret. ([97])

* Anno ccccxiv Sultanus Iemineddaula Mahmudus vestem honorificam, quam Eddaherus Lisas din Allah [Chalifa] ([98]) ex prosapia Alii oriundus, ut ad auctoritatem suam agnoscendam Mahmudum permoveret, ex Aegypto illi miserat, Bagdadum ad Kadirbillahum perferri iussit. Quae quidem vestis iussu Chalifae in ea urbis Bagdadensis porta cui Bab Newa nomen erat combusta aurumque quod residuum remansit inter Haschimitas distributum est. *

Anno ccccxv quum Sultanus exercitum suum recensebat, praeter illas copias quae praesidio provinciis erant, descripta sunt quattuor et quinquaginta millia equitum et trecenti elephantes. Tantis cum copiis quum Balchum pervenisset, incolae provinciae Transoxanae de iniuriis, quibus ab Ali Thegino afficerentur, conquesti sunt. Itaque Sultanus, ut

Ann. Ar. 415 inc. 14. Mart. 1024.

([97]) Quae sequitur narratio asteriscis insignita de Chilah i. e. veste honorifica a Chalifa Aegypti ad Sultanum Iemineddaulam missa, ea desumta est ex Chronico Ibn Haidari.

([98]) Successit Eddaherus in imperio Aegypti patri Hakimo. Vid. Abulfedae Ann. moslem. ad a. 411. T. III. p. 18.

Ali Theginum coerceret, Oxum fluvium traiecit; quumque omnes provinciae Transoxanae praesides ei occurrerent dignaque eius maiestate dona offerrent, Iosephus quoque Kadarchanus ([99]), qui summo cum imperio tanquam Padischahus Turkesthanum administrabat, Sultano obviam venit benevoleque et amice cum eo conversatus est; atque Iemineddaula huius principis adventu valde exhilaratus convivia [in eius honorem] celebravit. Deinceps mutuis alter alterum donavit muneribus animisque propitiis ac benevolis alter ab altero discessit. Alius Theginus [de adventu Sultani] certior factus fugae quidem se mandavit, sed illi, qui ad eum persequendum a Sultano missi sunt, eum ceperunt et catenis vinctum arce quadam Indica incluserunt. Mox Sultanus Gasnam reversus est.]

ویمین الدوله در سنه عشر واربعمایه فتح نامهء که مشتمل بود بر جمیع فتوحاتی که اورا در ولایت هندوستان روی نموده بود ببغداد فرستاد وخلیفه القادر بالله عباسی آنروز مجلسی عظیم ساخته فرمود تا آن فتحنامه بر رؤس منابر پیش خلایق باواز بلند بخواندند ومردم بواسطهء اعلام معالم اسلام وانهدام اساس کفر وظلام شکرها کرده زبان بستایش یمین الدوله کشادند ونصرت وظفر او از حق سبحانه وتعالی مسالت نمودند وآنروز بغداد چنان بسرور وخوشحالی انتشار یافت که گویا یکی از عیدهای مقرر است واینمعنی گنجایش داشت چه که آنچه صحابهء کرام در بلاد عرب وعجم وروم بجا آوردند محمود در بلاد هندوستان بظهور رسانید ودنیا وآخرت خودرا معروک گردانید (معمور گردانید alter cod.) ☆

ودر سنه اثنی عشر واربعمایه جماعتی کثیر از علما وصلحای اهل اسلام متفق شده بعرض یمین الدوله رسانیدند که سلطان هر سال بولایت هند میرود ودر آنجا آثار اسلام ظاهر میسازد لیک مدتیست که از دست اعراب وقرامط راه بیت الحرام مسدود مانده ومسلمانان از ترس اعراب وقرامط وضعف خلفاء عباسی از احراز مثوبات حج محروم اند یمین الدوله ملتمس ایشان اجابت نموده ابو محمد ناصحیرا که قاضی القضات ممالک محروسه بود امیر حاج ساخت وسی هزار دینار زر سرخ جهت اعرابی که در سر راه قافله بودند بوی سپرده روانه بیت الحرام گردانید ومردم بسیار از اعیان واشراف واصاغر واکابر همراه او شدند وبعد از طی منازل ومراحل ببادیه در آمده بموضعی رسیدند که آنرا افند گویند اعراب سر راه گرفته بطریق معتاد مانع آمدند قاضی ابو محمد در مقام مصالحه

([99]) Dow (p. 61.): *Kudir, king of Turkistan;* Briggsius (p. 67.): *Kuddur Khan of Khootun.*

در آمد ومبلغ پنج هزار دینار زر جهت ایشان فرستاد که از سر راه برخیزند بزرگ اعراب که اورا حماد بن علی گفتندی اعراضی شده لشکر خودرا مستعد نهب وغارت قافله گردانید اتفاقا درین اثنا غلام ترک یکی از مردم قافله که در تیراندازی صاحب قدرت بود تیری بجانب حماد انداخت قضارا بسرش رسیده در ساعت از مرکب فرود افتاد واعراب بی توقف جسد اورا برداشته روی بگریز نهادند قاضی ابو محمد از روی فراغت خاطر در آن سال مناسک حج ادا نموده سالما غانما مراجعت نمود الحمد لله علی ذلک الملک المعبود ۞

ودر همین سال یعنی اثنی عشر واربعمایه شنید که کفار هندوستان زبان ملامت وسرزنش دراز کرده کوره راجهء قنوج‌را ملامتها کردند ونندا راجهء قلعهء کالنجر که بکثرت خیل وحشم ممتاز بود برای همین که جزا اطاعت سلطان محمود نمودی لشکر بقنوج کشیده کوره‌را بقتل رسانید سلطان محمود چون اینمعنی بخاطر آورد زیاده از هر کرت (کت .alter cod) لشکر فراهم آورده با ساز وعدت فراوان بقصد انتقام نندا روی بدیار هندوستان نهاد وچون بآب جون رسید راجهء پنجاب تیرو (تیر .alter cod) جیبال که چند کرت از پیش لشکر سلطان گریخته بود در مقام مدد وگرنگ نندا شده با لشکر مستعد قتال بر سر راه سلطان آمد وچون آب قهار وعمیق حایل (مانع .alter cod) بود بی فرمان سلطان کسی از آب نمیگذشت اتفاقا هشت نفر از غلامان خاصهء سلطان یکبار از آب گذشته تمام لشکر تیرو جیبال‌را در هم آورده بشکستند تیرو جیبال با چند تن بدر رفت وغلامان هم از آنجا بشهری که در آن نزدیکی بود رفته غارت وتاراج کردند وبتخانهارا بر انداختند وبر ذوی العقول مخفی نماند که هشت نفر لشکر پادشاهی‌را نمیتوانند منهزم ساخت مگر آنکه این هشت نفر از امرا باشند وبا لشکر خود از آب گذاشته چنان کاری بزرگ پیش برده باشند الغرض از آنجا روی بولایت نندا آورده نندا مستعد جنگ گشته با سی وشش هزار سوار وچهل وپنج هزار پیاده وششصد وچهل فیل برابر سلطان آمده لشکرگاه ساخت سلطان بر بلندی بر آمده لشکر اورا بچشم قیاس در نظر آورد از معاینهء کثرت او از آمدن پشیمان شده جبین نیاز بر زمین خضوع وخشوع نهاد وفتح وظفر مسالت نمود قضارا چون شب اندر آمد خوفی عظیم در خاطر نندا راه یافته تمام اسبابرا بجای خود گذاشت وراه فرار پیش گرفت ۞ روزی دیگر سلطان بر آن مطلع شده سوار شد ونخست کمین‌گاهارا بخاطر آورده وخاطر از مکر وغدر کفار جمع کرده دست بغارت دراز نمود عالم عالم چهان چهان غنیمت بدست سپاه اسلام در آمد ودر همان نواحی در بیشهء پانصد وهشتاد زنجیر فیل نندا یافتند وچون خاطر از هر ولایات عقب یعنی پنجاب وغیره جمع نبود در آن سال بهمین اکتفا کرده بغزنین برگشت ۞

ودر همین ایام خبر رسید که مردم فرات (قبرات .alter cod) وناردین که از ممالک سر حد هندوستان است قلادهٔ مسلمانی از گردن بینداخته وسر از اطاعت وانقیاد مجیده پیشتر بت پرست اند سلطان لشکر جمع آورده واز قسمر آهنگر ودرودگر وسنگتراش جمعی کثیر همراه گرفته رو بآن دیار نهاد ونخست قصد فرات نموده مسخر ساخت وظاهرا فرات جایست سرد سیر ما بین هندوستان وولایت ترکستان میوه بسیار دارد وچون حاکم آنجا اطاعت کرده مع متوطنان آن دیار اسلام آورد سلطان حاجب علی بن ایل ارسلانرا بتسخیر ناردین فرستاد واو نیز آنجایرا مفتوح گردانید وبرده واموال بیشمار بدست افتاد وبتخانه بزرگ که در آنجا بود شکستند منقور ومنقوش از آنجا بیرون آمد که از آن معلوم شد که از بنای آن چهل هزار سال شده سلطان بدآنجا رفته قلعهٔ ساخت وعلی بن قدر جوغ (جوق .alter cod) را کوتال حصار کرده بر گشت ✿

ودر سنه ثلث (اثنی .alter cod) عشر واربعمایه قصد کشمیر فرموده ولوهکوت (وکوهکوت .alter cod) محاصره فرموده مدت یکماه اوقات صرف آن نمود وچون استحکام آن پیش از پیش بود دست بتسخیر آن نرسیده از آنجا بر آمد وبلاهور رسیده فروکش کرد ولشکررا باطراف وجوانب جهت تاخت وتاراج پراکنده ساخت وغنیمتی از حد وحصر افزون بتصرف در آورد ودرین کرت چون تیرو جیپال ضعیف وزبون شده برای اجمیر پناه برد سلطان ملک لاهوررا قایض گشته بیکی از امرای معتمد سپرد وبسیاری از ولایات پنجابرا بعمال امین صاحب تدبیر تجویز فرموده از تاخت وتاراج بملک گیری در آمد ولشکر ظفر اثر در آن دیار گذاشته وخطبهٔ آن ممالک بنام خود کرده در اول بهار بغزنین رفت ✿

ودر سنه ثلث [اربع] عشر واربعمایه از راه لاهور باز قصد ولایت نندا کرده چون بقلعهٔ کواریار رسید طمع در آن نموده محاصره نمود وبعد از چهار روز راجهٔ آن حصار بوسیلهٔ رسولان چرب زبان سی وپنج زنجیر فیل داده صلح کرد وسلطان بکالنجر که مسکن نندا بود رفته در میان گرفت نندا سیصد فیل قبول کرده طالب صلح شد وچون سلطان قبول اینمعنی فرمود جهت امتحان سیصد فیل بی فیلبان بیرون فرستاد در صحرایی که نزدیک آنجا بود سر دادند سلطان ترکانرا فرمود تا آنهارا گرفته سوار شدند واهل قلعه از نظارهٔ آن تعجب نموده از ترکان در حساب شدند ونندا در مدح سلطان بزبان هندی شعری گفته نزد او فرستاد وسلطان آنرا بفضلایی هند وعرب وعجم که در ملازمت بودند نمود همگی تحسین وآفرین کردند وسلطان بآن مباهات کرده منشور حکومت پانزده قلعه که یکی از آنها کالنجر بود با تحف دیگر در وجه صلهٔ او فرستاد ونندا نیز اموال وجواهر بی نهایت در عوض بخدمت سلطان ارسال نمود تا دست ازو باز داشته بغزنین مراجعت نمود ✿

* ودر سال چهار صد وپانزدهم یمین الدوله سلطان محمود خلعتی‌را که از برای او الظاهر لاعزاز دین الله علوی از مصر فرستاده اورا به بیعت خود دعوت نموده بود ببغداد پیش قادر بالله فرستاد وخلیفه فرمود تا آن خلعت‌را در یکی از دروازهای شهر بغداد که مشهور بباب نوی بود سوختند وآنچه طلا از آن حاصل شد بر بنی هاشم قسمت نمودند *

ودر سنه خمس عشر واربعمایه عرض لشکر کرفت سوای لشکر (ورای لشکر alter cod.) که در اطراف ولایت بود پنجاه وچهار هزار سوار وهزار سیصد فیل بقلم آمد با آن عظمت ببلخ رفت در آن ولا مردم ما وراء النهر از علی تکین تظلم نمودند وسلطان بعزیمت دفع او از جیحون کذشت سرداران ما وراء النهر باستقبال شتافته فراخور حالت خود پیشکش کذرانیدند ویوسف قدرخان که پادشاه تمام ترکستان بود باستقبال آمده از راه محبت ودوستی با سلطان ملاقات کرد وسلطان از آمدن او خوشحالیها نمود وچشنها آراست وبیکدیکر هدیها وسوغاتها دادند وبصلح وصفا از یکدیکر جدا شدند وعلی تکین خبردار شده بکریخت وسلطان کسان بتعاقب او فرستاد تا اورا کرفته آوردند ودر زنجیر کشیده در یکی از قلاع هندوستان محبوس کردانیدند وخود بغزنین آمد ۞

CAPUT XVI.

SULTANUS MAHMUDUS SUMENATHUM PROFICISCITUR INDEQUE DEI BENIGNISSIMI AUXILIO REVERTITUR.

Annalium scriptores contendunt, Sumenathum idoli esse nomen ([100]), quod summum et potentissimum omnium idolorum esse

([100]) Ferischthaho auctore haec opinio proposita est in libro Habib essir (حبیب السیر) (Briggsius p. 73.). Addit Ferischthahus: ومسود اوراق مرقوم خامهء تحقیق میکردانید که آنچه مورخین سلف رحمهم الله ببیان فرموده اند مقرون بصوابست وآنچه شیخ عطار کفته نیز مخالفت بان ندارد واین لفظ مرکبست از سوم نات سوم نام پادشاهی است که این بت‌را ساخته ونات اسم آن بت بوده پس هر دو لفظ از کثرت استعمال مانند بعلبک یکی شده علم بت کردیده بلکه علم آن بتخانه وعلم آن شهر نیز کشته پس اکر سومناتـرا نام آن بت دانند یا نات تنهارا اسم آن بت شناسند هر دو درست باشد واصل آن معنی نات بزبان هندی بمعنی بزرکست ولفظ جکنات که در لغت هندی مستعمل میشود نیز از این قسم است چه که جک بمعنی خلایق است ونات بمعنی صاحب یعنی صاحب خلایق وبالفعل در محاورات اکثر بطریق علم استعمال میکنند ومعنی لغوی ملحوظ نیست i. e. „Auctor huius libri, ut quae ipse invenisse sibi visus est proferat,

Indi opinantur. Huic vero sententiae adversatur Scheich Ferideddinus Attarus, cuius sepulcrum sanctum sit, qui Sumenathum nomen loci, aliud autem nomen idolo esse putat, quod in hoc disticho etiam commemorat:

„Reperit illud idolum, cui Lath nomen erat,
Mahmudi exercitus Sumenathi."

p. 74. Eiusdem sententiae poetarum suavissimus, Mosliheddinus Sadius, esse videtur, ita canens:

„Idolum vidi eburneum Sumenathi,
Auro ornatum, sicut paganitatis tempore Manath."

Ceterum annalium scriptores commemorant, Sumenathum cultum

---

iudicat, ea quae prisci rerum scriptores commemoraverunt veritati consentanea esse, neque ea quae Scheich Attarus tradit ab illa abhorrere. Enimvero vox Sumenath composita est ex Sum Nath; Sum quum esset nomen imperatoris qui illud idolum effinxit, atque Nath nomen idoli: utraque vox frequenti usu quemadmodum Baalbek in unum vocabulum coaluit indeque nomen proprium non solum idoli verum etiam templi urbisque formatum est. Itaque sive illud idolum Sumenathum appelles sive sola voce Nathi illud designes, utrumque recte se habet. Scilicet vocabulum Nath (नाथ्) sermone Indico principem (sive dominatorem) significat, atque vocabulum Dschagnath, quod in sermone Indico reperitur, eiusdem generis est. Scilicet quum Dschag (जगत्) creaturas (mundum) et Nath significet dominum, potestas illius nominis est: dominus creaturarum (mundi). Atque in vulgari sermone multa vocabula tanquam nomina propria usurpantur etymologica significatione neglecta." Rectius haud dubie Sumenathi nomen derivatur a vocabulo Hindosthanico سوم (Sanskr. सोम) lunam designante, quod Briggsius (p. 68.) iam observavit, adeo ut lunae dominatorem significet; quippe Sumenathi idoli cultum cum lunae veneratione cohaerere ex ipsa Mirchondi aliorumque auctorum narratione de hoc cultu patet. Quod Ferideddinus commemorat Lathi nomen proprie priscum illud Arabum idolum designat, cuius Herbelotus mentionem facit (bibliothèque orient. v. Lat), idem forsitan Arabum Tacafitarum idolum, quod in Korani Sura 53, 19 Allath (اللات) appellatur et Abulfeda auctore (Ann. mosl. T. I. p. 174. 176.) a Mohammedo propheta anno nono Hedschrae destructum est (cf. Pocockii specimen hist. Arabum ed. J. White, Oxon. 1806. 4. p. 90-92. 110.); ceterum ipsa illa memoria, cuius Ferischthabus mentionem facit, Sumenathi idolum ex Arabia advectum esse prodens fortasse Ferideddinum permovit, ut idolo Indico nomen Lathi tribueret; quamquam Ferischthabus in suo Ferideddini codice non لات sed ذات legit.

esse in templo ad maris litus exstructo, et noctibus, quibus lunae eclipsis contingeret, Indos undique eo commeasse ad idolum venerandum, talique nocte plus centum millibus hominum ad illud templum convenisse; opinatos esse Indos, animos post separationem a corporibus ad Sumenathi ministerium venire, eumque illos congregatos quasi metempsychosi per varia corpora distribuere; quinetiam fabulatos esse, ipsum mare Sumenathum venerari, maris enim fluxum et refluxum eam ob causam fieri. Ex omni autem regno Indico dona in illud templum perferebantur; decies mille fere vicorum incolis refertorum reditibus fruebantur huius templi custodes; gemmarum tanta ibi copia collecta erat, ut in nullius regis p. 75. thesauro decima earum pars reperiretur (101). Catenam auream du-

(101) De urbe idoloque Sumenathi haec Ferischthahus tradit: وآن (سومنات) شهریست بزرگ بر ساحل دریای عمان ومعبد براهمه وسایر کفار است وسومنات در آنجا بود ودرین وقت در تحت بندر دیو است وکفار فرنگ متصرف اند ودر تاریخ نوشته شد که در زمان حضرت ختمی پناه بت بزرگرا که سومنات نام داشت از خانهء کعبه بر آورده بانجا آورده بنام او شهر بنا کردند اما از کتب متقدمین براهمه که پیش از ظهور اسلام بچندین هزار سال نوشته شده مستفاد میگردد که نه چنین است واین بت از زمان کشن که چهار هزار سال است معبود براهمه است وبقول براهمه کشن آنجا غیبت کرده i. e. „Sumenath civitas ampla est in litore oceani sita, ubi templum invenitur Brahminorum aliorumque infidelium, in quo Sumenathi idolum colebatur. Hoc quidem (i. e. Ferischthahi) tempore ad praefecturam emporii Diw appellati pertinet Francisque (Lusitanis) paret. In Chronico quidem scriptum est, tempore prophetae idolum magnum, cui Sumenathi nomen esset, ex templo Caabae eo allatum, urbemque ibi conditam et idoli nomine appellatam esse; ex priscis autem Brahminorum libris qui pluribus millibus annorum ante Islami originem scripti sunt constat, aliter rem se habere. Etenim illud idolum iam inde a tempore Kescheni (Krischnae) i. e. quater mille annis a Brahminis cultum est. Eundem autem Keschenum ibidem ab hominum conspectu se subtraxisse Brahmani narrant." De templi, in quo idolum Sumenathi colebatur, divitiis vid. Abulfedae ann. mosl. l. c. Ferischthaho auctore numerus praediorum, quae illi templo assignata essent, duo millia non excedebat (وجمیع قرایی که حکام هندوستان وقف سومنات کرده بودند قریب دو هزار عدد میشد). Ibn Haidarus in praediorum numero cum Mirchondo et Abulfeda consentit. Ferischthahus et Ibn Haidarus deinceps tradunt etiam reges Indicos suas filias

centos mennos gravem ibi suspenderant, cui appensa erant tintinnabula, quorum sonitu, quum statis temporibus a templi servis catena moveretur, Brahmini ad sacra obeunda monebantur. In hoc templo porro ministeria praestabant trecenti capitum tonsores, totidem cantores et quingentae virgines saltatrices, qui omnes piis oblationibus et templi reditibus alebantur. Gangis autem fluvii, qui in oriente Kanudschae et Dehliae fluit, aquam ex fonte aeternae vitae profluere Indi fabulantur; quam ob rem, quando mortui cadaver igne comburunt, eius cinerem in huius fluvii aquam iniiciunt, eo omnia hominis mortui peccata tolli autumantes. Ac Brahmini dignitatem suam et sanctitatem magnopere augeri opinantur, ubi in hunc amnem se praecipitent ([102]). Ab illo fluvio usque ad Sumenathum quum longinquum iter esset, Radschae Indici, ut aquae sacrae copia praesto esset, multos homines instituerant, qui
p. 76. in aqua a Gange fluvio afferenda continua serie sibi succederent. Quotidie enim illa aqua Sumenathus lavandus erat.

Ann. Ar. 416 inc. 3. Mart. 1025. Quum igitur anno CCCCXVI Sultanus Mahmudus Indiam ingressus templa destrueret et idola frangeret, illi, qui adhaerebant Sumenatho, dicebant, Sumenathum ceteris idolis irasci; hoc enim nisi esset, haud dubie illum eos, qui idola destruxissent, perditu-

---

in hoc templum, ut ibi ministeriis fungerentur, mittere solitos esse. Deinde ita pergit Ibn Haidarus: ودر تاریخ ابن اثیر وتاریخ حافظ ابرو مسطورست که آن خانه که سومنات در آنجا بود روشنایی آن خانه از شعاع جواهری بود که در قنادیل آن بتخانه بکار برده بودند i. e. „In Chronicis Ibn Atsiri et Hafisii Ebru narratur, templum, in quo Sumenathi idolum coleretur, illuminari solitum esse radiatione adamantum, qui in candelis apte collocati essent." Eandem rem etiam Ferischthahus tradit addens praeter magnum idolum innumeras imagines aureas argenteasque parvas numinum Indicorum in templi Sumenathensis thesauro inventas esse. Vid. Briggsius p. 74.

([102]) Quae hoc loco de Gangis fluvii sanctitate narrantur, desumta sunt ex Othbii Kitab Iemini. Vid. Notices et Extraits l. c. p. 402.

rum fuisse. Quod vanissime dictum quum Iemineddaulae relatum esset, ille in hanc regionem statim proficisci decrevit, sperans, si hos homines ad veram religionem perducere posset, fore ut Islamo eadem cum constantia adhaererent, qua iam vanum Sumenathi idolum venerarentur. Itaque decimo die mensis Schaban anni commemorati (103) cum triginta millibus equitum fortissimorum, praeter voluntarios, qui non pro mercede et stipendio, sed propter sola praemia coelestia expeditioni sacrae intererant, iter in Multhanum ingressus est, quo medio hoc mense pervenit. Quum autem desertum aqua et pabulo destitutum peragrandum esset, Moslemi in multos dies aqua et pabulo se instruxerant. Ferunt, praeter commeatum et alimenta, quae ipsi milites portarent, Sultanum viginti millia camelorum aqua et pabulo onerasse. Quod desertum molestissimum postquam Moslemi transierant, in eius finibus conspexerunt multas arces plenas viris bellicosis armisque et instrumentis bellicis (104). Deus autem optimus maximus tantum infidelium animis terrorem iniecit, ut omnes has arces traderent. Nihilominus vero milites Sultano iubente viros interfecerunt, mulieres et servos in captivitatem rapuerunt, idolorumque templa destruxerunt. Sic hac re consummata

5. Oct. 1025.

10. Oct. 1025.

p. 77

(103) Ferischthahus hanc expeditionem ad annum 415 refert; cum Mirchondo consentiunt Abulfeda (qui nomen urbis et idoli صومنات scribit) Ann. mosl. T. III. p. 66. et Ibn Haidarus.

(104) Scilicet illo deserto transito Mahmudus Ferischthaho auctore primum Adschmirum pervenit: وچون از آن بیابان خونخوار بگذشت بقلعه وشهر اجمیر رسیده از آنکه رای آنجا از سر راه کناره گرفته بود سپاه سلطان حسب الحکم بمراسم قتل وغارت شهر پرداختند وچون مقصود شکستن سومنات بود بگرفتن قلعهء اجمیر مقید نا شده بطی مسافت مشغول گردیدند i. e. „Transito hoc molesto deserto exercitus Sultani ad arcem et urbem Adschmiri pervenit illamque civitatem, quum eius Radscha fuga e medio se subtraxisset, Sultani iussu caede et rapinis vastavit; quoniam autem Sumenathum frangere propositum erat, Moslemi arcem Adschmiri occupare noluerunt sed iter suum continuaverunt." Inde ad illas arces perventum est, quarum Mirchondus mentionem facit.

fidelium exercitus Bahvaram ([105]) perrexit. Cuius urbis regulus fugam pugnae praetulit. Postquam igitur Mahmudus illam urbem occupavit et copiae rebus necessariis instructae sunt, exercitus Moslemorum iter Sumenathum ingressus est; quo in itinere omnia, quae conspiciebantur, idolorum templa fideles vastarunt, neque in exspoliandis et trucidandis infidelibus negligenter egerunt. Mense Dsulkaada [undecimo Arabum mense] huius anni tandem Sumenathum pervenere ibique in maris litore arcem conspexere, mari adeo propinquam, ut eius undis munimenta abluerentur. Ingens autem ad videndos Moslemos in murum concursus est factus hominum, quibus omnibus persuasum erat, idolum suum cunctos perditurum esse qui has regiones invasissent ([106]). Altero die copiae Moslemicae ad arcem accessere; quumque tanta vi eam oppugnare inciperent, quantam Indi numquam mente conceperant, cuncti infideles propter metum, quem telorum iaculatores illis iniiciebant, muros reliquere. Tum
p. 78. Moslemi, hac opportunitate minime neglecta, scalas admoverunt murumque arcis ascendentes alta voce Dei potentiam celebraverunt. Quam vocem quum Indi audirent, proelium redintegraverunt. Quidam eorum ad Sumenathum se conferentes humi ante eum se prostraverunt, supplices ab eo auxilium atque victoriam rogantes. Nocte ingruente Moslemi in castra redierunt. Altero autem die, oborta luce (*), ad pugnam reversi sunt omnisque Indi, qui ipsis se opponeret,

---

([105]) Ferischthahus: „Nahrwalehum, urbem in confinio Gudscherathi sitam (بنهرواله كه بتبين گجرات باشد)."

([106]) Scilicet Ferischthaho auctore incolae urbis Sumenathi in muris stantes alta voce Moslemis accedentibus acclamavere, Sumenathum eos ad urbem suam adduxisse eo consilio ut illos uno ictu perderet ultionemque de reliquis idolis Indicis confractis sumeret (بآواز بلند میگفتند كه معبود ما سومنات شمارا اینجا آورده كه همه‌را بیكبار هلاك گرداند وانتقام جمیع اصنام كه در هندوستان شكسته اید بكشد).

(*) In persicis: „Quum Aethiops noctis capite truncatus esset."

caput deiecerunt, atque iunctis ordinibus ad ipsum idoli templum pervenerunt, in cuius foribus acerrimum proelium exortum est. Indi autem inter proelium per vices tum templum ingrediebantur et Sumenathi humeris prehensis lamentabantur, tum in pugnam redibant et mortem oppetebant. Ita magna Indorum multitudine interfecta, qui a gladio superstites erant navibus conscensis fugerunt. Tunc Sultanus naves paravit, iisque homines imposuit, ut maris vias interciperent ([107]).

([107]) Ferischthaho auctore non duobus tantum sed tribus diebus pugnatum est. Altero scilicet die postquam Moslemi scalas admoverant, res ita gesta est, sicut Ferischthahus tradit: وکفار فوج فوج گشته وسومنات‌را در بغل گرفته گریان وبریان بحسرت وداع میکردند وجک جک (وجنک جنک alter cod.) گفته چندان تلاش میکردند که کشته میشدند i. e. „Tum infideles catervatim Sumenathi humerum amplexi flentes et consumti cum gemitu illi valedicebant et tamdiu invicem se excitantes laborabant donec trucidarentur." De iis quae tertio die accidere ita exponit idem auctor: در روز سیوم لشکر هندو که در اطراف وجوانب قلعه وبتخانه بودند آنها نیز از هر جانب بیرون آمده بقصد امداد طرح جنک انداخته صفها کشیدند وسلطان محمود جمعی‌را بمحاصره باز داشته بمدافعهٔ آنجماعت پرداخت پس فریقین بجد وجهد ما لا کلام میدان رزم‌را بآتش کین وغضب چنان بر افروختند که آتش از گرمی او کناره جسته زمانه‌را دل از مشاهده احوال مردان کارزار بسوخت واز رسیدن امراء پرم‌دیو ودابشلیم پی در پی نزدیک بود که چشم زخمی وضعفی در لشکر اسلام پدید آید سلطان محمود مضطرب حال گشته بکوشهٔ فرود آمد وخرقهٔ شیخ ابو الحسن خرقانی بدست گرفته روی نیاز بر خاک نهاد از روی اخلاص فتح وظفر مسالت نموده بمیان افواج در آمد وحمله بر کفار آورده مظفر ومنصور گردید چون در آن معرکه قریب پنج هزار مشرک بقتل رسید رعب وهراس بر مردم قلعه غالب گشته دست از جنک باز داشتند وبقیه السیف براهمان وخدمتکاران سومنات که قریب چهار هزار میشدند روی بدریای عمان آورده بکشتیها سوار شدند وخواستند که خودرا بجزیره سراندیب رسانند اما یمین الدوله قبل از آن فکر این معنی کرده صد کشتی پر از بهادران وپهلوانان بر سر راه ایشان باز داشته بمجرد نمودار شدن کشتیهای کفار بر ایشان حمله آورده اکثررا غریق بحر فنا نمودند i. e. „Tertio die quum copiae Indicae, quae arcem et templum idoli tuebantur, undique prodirent acieque ordinata pugnam instaurarent, Sultanus Mahmudus parte exercitus ad continuandam urbis oppugnationem relicta ipse ad hostes propulsandos egressus est; ab utraque parte tum incredibili cum labore et contentione campus proelii adeo odii iraeque incendio inflammatus est, ut ignis a suo ipsius calore refugium quae-

Ea autem templi, in quo Sumenathi idolum colebatur, erat
p. 79. longitudo et amplitudo, ut eius tectum sex et quinquaginta columnis sustentaretur. Idolum ipsum erat ex lapide sculptum ac quinque cubitos altum, quorum tres tantum e solo eminebant, duo sub terra occulti erant ([108]). Templum quum Sultanus intravisset, ipse clava gravissima idolum Sumenathi fregit, partemque huius lapidis comminutam Gasnam ferri ibique in templi magni vestibulo proiici iussit ([109]). Atque ex templo Sumenathi in thesaurum Sultani

---

reret fortunaeque cor aspectu egregiorum, quae a pugnatoribus fierent, facinorum exardesceret. Mox vero quum Emiri Parmdivus et Dabschelimus alter post alterum advenirent, haud multum aberat, quin Moslemorum exercitus hostium numero succumberet. Mahmudus igitur tam inopinato eventu afflictus seorsum secessit vestemque religiosam Scheichi Abulhasani Chircanii (Briggsius p. 71. *Abool Hussun the Circassian*) manu sua prehendens ac humi se prosternens a Deo victoriam suppliciter expetivit. Deinde in mediam pugnam reversus vehementi impetu in hostes facto victoriam expugnavit. Qua quidem in pugna quum paene quinque millia idololatrarum mortem oppetivissent, animos defensorum arcis tantus timor pavorque occupavit, ut a pugna desisterent. Qui gladium effugerant Brahmini famulique Sumenathi, quater fere mille numero, ad Oceani litus se contulerunt, ut navibus conscensis ad insulam Serandibi (Ceylon) aufugerent; verum Sultanus, qui iam pridem probe intellexerat, tale quid hostes esse molituros, centum navibus, quae militibus fortibus alacribusque completae essent, viam fugientibus interclusit. Ac nautae Sultani protinus quam infidelium naves conspexerunt, impetu facto earum plurimas in mari demerserunt." Deinceps sequuntur apud Ferischthahum post narrationem de arce Sumenathi a Mahmudo occupata ea quae de idolo confracto Mirchondus refert.

([108]) Cf. Abulfedae ann. mosl. l. c.

([109]) Scilicet hoc lapide ibi liminis loco utebantur (وآنرا استانهء جامع غزنین ساختند), ut ait Ibn Haidarus. Addit deinceps idem auctor cum Ferischthaho consentiens: والی یومنا هذا آن سنگ در جامع غزنه موجودست i.e. „Nostro adhucdum tempore ille lapis in templo magno Gasnae conspicitur." Narrationem, quae post haec verba et apud Ferischthahum et apud Ibn Haidarum legitur, ex Ferischthahi libro adiicere lubet: وبصحت پیوسته که در وقتی که یمین الدوله میخواست سومنات بشکند جمعی از براهمه بعرض مقربان رسانیدند که اگر پادشاه این بت بگذارد ونشکند ما چندین کرور زر بخزانهء عامره واصل میسازیم ارکان دولت اینمعنیرا بسمع سلطان رسانیدند که از شکستن این سنگ رسم بت پرستی

plures quam ducenties millies mille denarii aurei pervenerunt; nam non solum ipsum templum verum sex et quinquaginta quoque columnae, quarum mentionem fecimus, ornatae erant hyacinthis, margaritis et smaragdis, singulaeque columnae ad unum ex magnis Indiae regibus tanquam conditorem referebantur. Idololatrarum plures quinquaginta millibus circa magnum templum et in media arce occisi sunt.

His rebus gestis nunciatum est, principem Behvarae, qui ab exercitu victore fugerat, iam in arce aliqua, quae Sumenatho qua-

---

از دیار هند دور نخواهد شد ونفعی نخواهد داد اگر این مبلغ از کفار گرفته بمستحقان ومسلمانان عاید سازید انسب می نماید سلطان جواب داد که آنچه میگویید راستست ومقرون بصواب اما اگر من این کار کنم مرا محمود بت فروش خواهند گفت واگر بشکنم محمود بت شکن خوشتر آنکه در دنیا وآخرت مرا محمود بت شکن خوانند نه محمود بت فروش i. e. „Verum utique est, eo tempore quo Iemineddaula in eo esset, ut Sumenathum confringeret, Brahminos aliquot aulicis Sultani proposuisse, se plurimos auri caroros fisco Sultani persoluturos esse, si Mahmudus idolo parcere neque illud confringere vellet. Quam quidem rem aulici ad Mahmudum retulere, monstrantes illo lapide confracto idolorum cultum in India non exstirpatum iri neque ullam inde utilitatem proventuram esse, immo consultius fore pecuniam oblatam acceptare et inter homines bene meritos Islamoque addictos distribuere. Sultanus respondit: Quod dicitis rectum quidem est ac veritati consentaneum; sin autem vestrum consilium sequerer, Mahmudum idolorum mercatorem me appellaturi essent; at ubi illud idolum confregero, me Mahmudum iconoclasten dicturi sunt; enimvero malo in hoc et futuro mundo Mahmudus iconoclastes audire quam Mahmudus idolorum mercator." Ibn Haidarus responsum Mahmudi his verbis refert: که من نیز اینمعنیرا میدانم اما من دوست میدارم که روز قیامت مرا چنین اواز کنند که کجاست محمود که اصنامرا شکسته نه آنکه بگویند کجاست محمود که اعظم اصنام کفاررا بزر فروخته i. e. „Ea quae dicitis ego non ignoro, verum malo die resurrectionis vocari verbis: ubi est Mahmudus qui idola confregit, quam verbis: ubi est Mahmudus qui magna idola infidelium auro vendidit." Ceterum Ferischthahus tradit Mahmudum duo idoli confracti lapides Meccam et Medinam misisse, atque Abulfeda auctore propter lapidis, unde idolum effictum erat, duritiem Mahmudus super idolo ignem accendit, priusquam illud frangeret.

draginta parasangis distaret (110), se communiisse. Etiam hanc arcem expugnare gestiens, ad illam regionem Sultanus Mahmudus con-
p. 80. tendit. Quum igitur fideles eo pervenissent, conspexerunt arcem magno fluvio circumdatam. Tum duos urinatores, quos ceperunt, in fluvium immiserunt, qui profunditatem explorarent. Retulerunt illi, fluvium quidem quodam loco vado transiri posse, quodsi vero inter transeundum aqua fluctibus forte agitaretur, omnes haud dubie esse perituros. Nihilominus Sultanus eiusque milites, postquam Mahmudus precibus summi numinis gratiam imploraverat, auxilio divino freti cum equis fluvium ingressi, incolumes usque ad arcem pervenere. Quo viso arcis princeps stupefactus fuga solus evasit. Tum copiae fideles arcem occupaverunt incolasque trucidaverunt et magnam fecerunt praedam. Ita hac arce capta, exercitus Behatiam (111) contendit, cuius incolae se subiecere et pecuniam obtulere. Quibus rebus bene et feliciter gestis Sultanus Gasnam regni sedem repetiit.

Quum ad hunc usque locum nostra narratio pervenerit, res aliqua, quae quibusdam in annalibus traditur, in mentem nobis ve-
p. 81. nit, quam hic apponere haud alienum erit. Scilicet narrant, post Sumenathum expugnatum Mahmudum constituisse in hac urbe aliquot annos morari (112); hoc enim regnum late patebat, rebusque,

---

(110) Scilicet Radscha Parm Diw in arce Kanduheh (كندوهه, Ibn Haidarus: كندمى) se communiit postquam in proelio prope Sumenathum devictus suorum duo vel tria millia amiserat, id quod Ibn Haidarus et Ferischthahus tradunt. Ab illo rege emporium Diw nomen suum accepisse Ferischthahus docet (راجه پرم‌دیو که بندر دیو بنام او بنا شده).

(111) Nahrwalehum (بنهروالهٔ). Ferischthahus. Vid. annot. 105.

(112) Sultanus Nahrwalehi, ait Ferischthahus, non solum aliquot annos morari verum etiam regni sedem constituere voluit propter huius regionis salubritatem et fertilitatem, virida-

quibus homines delectantur, abundabat; erant ibi multae metallifodinae, unde aurum purissimum extrahebatur ([113]). Praeterea pretiosissimos Hindosthani hyacinthos Serandibi, quae insula ad hoc regnum pertinebat, fodinae praebebant. Dissuaserunt autem purpurati dicentes, non decere Chorasanum tot bellis contra hostes feliciter gestis acquisitum relinquere et Sumenathum regni sedem constituere; Gasnam igitur revertendum esse censuerunt. Tum Sultanus a purpuratis flagitavit, ut hominem sibi proponerent, cui hanc provinciam committeret; illi responderunt, minime e re esse, alienigenam huic regno praeponere, sed ex ipsis indigenis procuratorem esse eligendum. Mahmudus igitur hac de re cum illis huius regionis viris qui ipsi favebant atque eius salutandi causa advenerant ([114]) consilium iniit atque ab illis accepit, neminem ex Indorum regibus dignitate et generis nobilitate Dabschelimis parem

---

riorum amoenitatem iuvenumque qui ibi essent formositatem (چون آن مملکترا در هوا وصفا وجوانان حور صفت ومرغزارهای دلکش وآبهای روان وامتعهٔ فراوان بهترین دیار هندوستان یافت).

([113]) Addit Ferischthahus: اما درین وقت اثری از آن کانها پیدا نیست میتواند بود که در آن وقت بوده باشد ودرین زمان بر طرف شده است واینچنین بسیار میشود چنانچه در سیستان در اوایل سلطنت سلطان محمود کان طلا پدید آمد ودر آخر وقتی که زلزله شد ناپدید گشت دیگر جزیرهٔ سراندیب وپیگو بعضی جزایر دیگر که چندین کان یاقوت وطلا دارد طمع در آن کرده میخواست که بمرور ایام لشکر در کشتیها نشانده بآن جزایر فرستد ونفایس آن ممالکرا نیز بحوزهٔ تصرف آورد i. e. „Quamquam nostro tempore nullum illarum metalli fodinarum vestigium reperitur, non tamen improbabile est, illo quidem tempore eas exstitisse, hoc autem tempore evanuisse, quod saepe fit, quemadmodum in Sisthano auri venae, quae in principio Sultanatus Mahmudi apparuere, postea terrae motu deletae sunt. Praeterea quum etiam in insula Serandib Peguque ac nonnullis aliis insulis auri et hyacinthorum fodinae invenirentur, Sultanus constituit aliquo interiecto tempore milites navibus impositos ad has insulas mittere et eas quas illae gignebant res pretiosas sibi vindicare." Verum dissuadentibus magnatibus de hoc consilio destitit.

([114]) Ferischthahus: „cum aliquot Sumenathensibus (با بعضی از اهالی سومنات)."

esse, atque ex hac familia nonnisi unum superesse, qui secundum Brahminorum ritus vitam ageret studiis tantum et piis operibus di-
p. 82. catam. Huic ut Sultanus hanc provinciam traderet aptissimum fore. Alii vero hoc negantes ita sermocinabantur: Dabschelimum religiosum esse hominem malae indolis, et calamitatibus a Deo afflictum ([115]) vitam religiosam, quam ageret, sua sponte non elegisse; immo a fratribus saepius captum vitae tantum et saluti consuluisse ([116]); alium autem esse Dabschelimum ex illius agnatis, virum prudentem et sapientem, quem Brahmini ob singularem sapientiam in honore haberent, illum aliud iam regnum tenere; atque hunc hominem haud dubie, ubi Sultanus illi hanc provinciam concedere atque hanc concessionem diplomate, quod suo nomine subscriptum esset, confirmare vellet, in hanc regionem venturum et imperio summa cum sapientia et aequitate praefuturum esse; praeterea eum esse hominem tantae iustitiae et fidei, ut vectigalia et tributa, quae Sultanus ipsi imperaturus esset, quamvis iter esset longinquum, quotannis Gasnam missurus esset. Quibus Sultanus respondit, se libenter eorum rogationem fuisse perfecturum, si ille homo umquam ad se accessisset; enimvero parum decere, tanti ambitus provinciam concedere homini, qui aliam Indiae provinciam quum imperii iure administraret numquam hactenus ad officium praesto fuisset neque salutatum umquam venisset. Itaque Mahmudus Dabschelimum religiosum advocavit,
p. 83. illique Sumenathi regnum ([117]) tradidit. Ille tributum imperatum se

---

([115]) Ibn Haidarus: „Dabschelimum saepe aegrotare, morumque perversorum et malae indolis hominem esse (كه دابشليم مرض بسيار كج خلق وبدخوست)." De Dabschelimorum prosapia vid. Briggsius ad Ferischthahum p. 76.

([116]) Ferischthaho auctore Sumenathenses dixerunt, Dabschelimum in templum Sumenathi confugisse (پناه به بتخانهء سومنات آورده است).

([117]) Ferischthahus: „imperium Nahrwalehi (دارايى نهروالە)".

soluturum pollicitus deinceps ita locutus est: ,,Numquam per totam vitam quae Sultanus mihi imperaverit perficere recusabo, et fodinarum Hindosthani omne aurum et omnes hyacinthos Gasnam mittam. At vero ex cognatis meis alius est Dabschelimus, quam maxime mihi infensus, quocum saepius iam bellum mihi gerendum fuit. Quare dubitari nequit, quin, ubi Sultani reditum audiverit, huc veniat, et me, quum illi resistere non possim, devictum regno expellat. Quodsi vero Sultanus adversus illum proficisci eiusque vires infringere voluerit, adeo ut nocere mihi nequeat, ego tributum, quod Sabulisthani et Kabulisthani vectigalia aequet, quotannis Gasnam mittam." His Sultanus respondit: ,,Quum ad bellum pro religione vera gerendum regno meo egressus triennium iam Gasna absim, quid interest, huic triennio sex adhuc addi menses? Fiat igitur." Iam iter in hanc regionem ingressus erat, quum ad ipsum relatum est, Sumenathenses ita Dabschelimo locutos esse: ,,Minus prudenter agis, quod Sultanum ad has res agendas excites. Vir enim, quem Deus optimus maximus ita honoravit et tanta potentia ex merito decoravit, tuis commodis inservire sua dignitate indignum reputabit." Quod dictum quamquam aegre ferebat, Sultanus consilium tamen immutare noluit, quoniam iter iam ingressus erat. p. 84. Dabschelimi igitur imperium expugnavit ipsumque principem Dabschelimo religioso tradidit. Hic ita locutus est: ,,Ex nostris moribus et religionibus atrox scelus est, reges occidere; omnesque copiae detestaturae et deserturae essent regem, qui alium regem occidi iussisset. Hic autem mos inter Sultanos Indiae obtinet, ut, si hostem devicerint, sub throno suo obscurum cubiculum parent, ibi throno regem captivum imponant, omnesque cubiculi aditus et exitus obstruant, praeter unum foramen, quod quotidie aperitur, ut vasculum cibo impletum immittatur, eaque re facta statim clauditur.

Hac ratione regi victori, qui thronum occupavit, quamdiu vita suppetit, cum hoste agendum est. Iam vero, quum hoc quidem tempore mihi desit facultas ita adversarium meum carcere includendi, Sultani benignitatem haud dedecebit, illum Gasnam perducere, eumque, quando imperium meum satis stabilitum fuerit, mihi tra-
p. 85. dere, ut sueta ratione ipsum coerceam." Sultanus, quae rogavit, illi
Ann. Ar. 417 inc. 21. Febr. 1026. annuit et ad reditum tympanis signum dari iussit ([118]).

([118]) De reditu Sultani haec tradit Ferischthahus: وچون پرمدیو راجهء اجمیر وغیره لشکری عظیم گرد آورده سر راهها بر سلطان گرفته بودند سلطان صلاح در جنگ نمیدید از راه سند متوجه ملتان شد ودرین راه بعضی جاها از بی علفی ودر بعضی محال از بی آبی محنت تمام بحال لشکریان راه یافت وبمشقت بسیار در سنه سبع وعشر واربعمایه بغزنین رسید ✿ گویند وقتی که سلطان از راه بیابان سند روانهء ملتان میشد بفرمود تا راهبر پیدا کنند هندویی قبول اینمعنی کرد ولشکر اسلامرا راهبر شده براهی برد که اصلا آب در آن بادیه نبود وچون یکشبانه‌روز راه رفتند واز آب اثر نیافتند حالتی عجب در اردوی پدید آمده اثار قیامت ظاهر گشت چون سلطان از دلیل هندو تفحص حال نمود جواب داد که از فداییان سومناتم ترا ولشکر ترا باین بیابان آورده ام تا هلاک سازم سلطان بغضب رفته هندورا بقتل رسانید ودر همان شب از لشکرگاه بصحرا رفته وروی عجز بر زمین نهاده از حضرت ذو الجلال بتضرع وابتهال نجات از آن بلیه طلبید چون پاسی از شب در گذشت بر طرف شمال روشنایی ظاهر شد لشکر حسب الفرموده از آن موضع کوچ کرده در پی آن روشنایی روان شد تا وقت صبح بکنار آب رسیدند واز برکت اخلاص پادشاه از چنان ورطهء مهلکی خلاص یافتند i. e. „Quum Parm Divus Radschaque Adschmiri et alii magnis copiis collectis Sultano occurrere constituissent, Mahmudus bellum continuare non e re esse iudicavit, verum via quae ad Sindum fluvium ducit in Multhanum se contulit; atque in hoc itinere quum propter pabuli inopiam tum propter aquae defectum milites maximas non in uno loco molestias susceperunt. Tandem multis laboribus exantlatis (Sultanus) anno CCCCXVII Gasnam revisit. Tradunt Sultanum, quum per desertum Sindi in Multhanum contenderet, iussisse viae ducem quaeri, atque hominem Indum, qui sponte se obtulisset, exercitum Moslemicum in viam duxisse, ubi nulla prorsus in hoc deserto aqua esset; quum igitur (Moslemi) per unam noctem unumque diem iter continuassent nullamque aquam invenissent, tanto militum animos occupatos esse stupore ac si dies resurrectionis ingrueret; Indum autem viae ducem a Sultano interrogatum hoc responsum dedisse: sum ex devotis Sumenathi teque et tuum exercitum in hoc desertum duxi, ut universos perderem; postremo Sultani ira concitati iussu Indum occisum esse. Eadem nocte Sultanus castris egressus in campum exiit ac humi se

Ita Dabschelimus religiosus Sumenathi regno potitus non Sultano solum, qui quidem in imperium suum reversus erat ([119]), dona et

---

prosternens Deum O. M. suppliciter et demisse rogavit, ut ex hac calamitate salvum se praestaret. Quumque una noctis vigilia praeteriisset, a septentrionali parte lucida quaedam res apparuit; copiae Moslemicae igitur iussu Sultani ab hoc loco castris motis iter versus lucidam illam rem dirigentes oborta luce ad ripam fluvii pervenerunt, atque salutem adeo suam ex tanto vitae discrimine integrae Sultani pietati debuerunt."

([119]) Ferischthahus suae de expeditione Sumenathensi narrationi haec subiungit: ودر جامع الحکایات مذکورست که سلطان در یکی از بتخانهای آن ولایت بتی دید که در هوا معلق استاده وبهیچ چیز قایم نه سلطانرا حیرت دست داده سر آن از حکماء زمان استفسار نمود گفتند تمامی سقف وجدار آن خانه از سنگ مقناطیس است واین بت از آهن وقوت جاذبهء اطراف وجوانب نسبت بدان بت صمت تساوی دارد لاجرم بت در میانه استاده بیک طرف متمایل نیست چون حسب الحکم سلطان یک دیوار ویران کردند بت نگون افتاد ☆ ودرین سال که از سفر سومنات بر گشت القادر بالله عباسی نامهء بسلطان محمود نوشته لوای فتح خراسان وهندوستان ونیمروز وخوارزم فرستاد وسلطان وفرزندان وبرادرانرا در آن نامه لقبها نهاد سلطانرا کهف الدوله والاسلام وامیر مسعودرا شهاب الدوله وجمال الملة وامیر محمدرا جلال الدوله وجمال الملة وامیر یوسفرا عضد الدوله وموید الملة ونوشت که هر کرا تو ولی عهد خود گردانی ما نیز آن کسرا قبول داریم واین نامه در بلخ بسلطان رسید i. e. „In libro Dschami el-hikaiat (collectione narrationum) traditur, Sultanum in templo quodam Indico idolum vidisse quod in solo aëre erectum staret nullaque re sustentaretur; itaque Sultanum novitate rei perculsum sapientes celeberrimos de arcana huius miraculi causa percunctatum esse illosque respondisse: Totum tectum omnesque muri huius templi ex magnete lapide constructi sunt idolumque ex ferro effictum; quumque vis attractiva in omnes idoli partes aequabiliter agat, efficitur ut idolum in medio stet erectum neque ad ullam partem inclinetur. Postquam igitur Sultani iussu unus murus destructus est, idolum pronum cecidit. Eodem anno quo Sultanus ab expeditione Sumenathensi reversus est, Kaderbillahus Abbasida litteras scripsit ad Mahmudum, quibuscum ei misit vexilla provinciarum expugnatarum, Chorasani scilicet, Hindusthani, Sisthani et Charismiae; praeterea his litteris Sultano eiusque filiis ac fratribus titulos honorificos concessit: Sultano titulum Kahfeddaulah wal islam (asylum imperii et Islami), Emiro Masudo Schihab eddauleh we dschimal elmilleh (flammam imperii et ornamentum fidei), Emiro Mohammedo Dschelal eddauleh we dschimal el-milleh (maiestas imperii et ornamentum fidei), Emiro Iosepho Adad eddauleh we mowajed elmilleh (brachium imperii et confirmator religionis). Atque etiam haec verba Chalifa Mahmudo scripsit: Quemcumque tu haeredem institueris ego agnoscam. Quae quidem litterae Balchi Sultano

munera misit, verum purpuratos etiam Gasnenses officiis plurimis sibi devinxit, donec imperium suum stabilitum erat. Tum magna gemmarum copia ad Mahmudum Sultanum missa hostem sibi tradi flagitavit. Valde autem dubitabat Sultanus innocentissimum hunc hominem hosti suo tradere. Sed Dabschelimus religiosus purpuratos aulae pecunia adeo corruperat, ut illi domino persuaderent: non opus esse misericordia erga hominem infidelem pluresque Deos colentem, neque promissorum fidem fallere Sultanum decere; facile fieri posse, ut haec res Dabschelimum ad defectionem permoveret, eoque haec provincia amitteretur. His morem gerens Mahmudus illum hominem legatis Dabschelimi religiosi tradidit regibusque Indicis mandavit, ut illum usque ad fines Sumenathi ducerent. Eo cum pervenisset, Dabschelimus religiosus illi consuetum carcerem sub throno
p. 86. adornari fecit. Erat autem is regum Sumenathi mos, ut si rex captivus ad caput regni adduceretur, ipsi unum iter diurnum illi obviam irent, tum capiti captivi suam pelvim et matulam imponerent eumque peditem ante equum suum in urbem ducerent, ubi victor in throno considebat, ac captivus sub throno in consuetum carcerem detrusus suae sedi imponebatur. Hoc ex more Dabschelimus religiosus hosti obviam progressus, illo nimis diu morante, venando se oblectavit. Ita quum totam regionem Dabschelimus eiusque comites pervagati essent, aëre nimium incalescente omnes umbram anquirere cogebantur, atque ipse Dabschelimus umbram quaerebat muccinio rubicundo faciei obtento. Tum falconum venaticorum asperis ungulis et acutis rostris praeditorum, qui in India valde frequentes

---

traditae sunt." Quae de idolo indico magnetis lapidis vi sustentato Ferischthahus narrat aeque inepta sunt atque similis illa quae de Mohammedi prophetae loculo Medinae servato circumfertur fabula, urbis Medinae et provinciae Hedschas incolis teste Burckhardo (*Travels in Arabia, London* 1829. 4. p. 333.) prorsus incognita.

sunt, unus circumvolitans, muccinium rubrum quum carnis frustum ipsi esse videretur, ex aëre descendit, ungulas muccinio infixit, et rostro unum Dabschelimi oculum ita percussit, ut omni visu privaretur. Qua re magno in castris tumultu exorto, accidit ut ipso hoc tempore Dabschelimus captivus adduceretur. Magnates igitur videntes Dabschelimum religiosum tam mirabili modo mutilatum, alterum Dabschelimum advenientem, quum nemo alius adesset regia potestate dignus, statim Padischahum salutaverunt eosque qui sponte illi p. 87. parere abnuebant vi coegerunt. Tum Dabschelimus religiosus eandem pelvim et matulam, quam nobili huic viro destinaverat, capite gerens in urbem perductus et in usitatum carcerem detrusus est ([120]).

[Eodem anno (quo Sumenatho reversus est) Sultanus, ut a Dschattorum gente, quae littus maris prope montem (Dschud) incolebat copiasque Sultani Sumenatho redeuntes iniuriis damnisque afflixerat, poenam sumeret, magno exercitu collecto Multhanum profectus est. Quo quum pervenisset mille et centum naves construi singulasque naves tribus rostris ferreis valde solidis et acutis, uno in prora, binis rostris in latcribus muniri iussit, adeo ut quodcunque ad has naves adpelleretur minutim frangeretur. Quas quidem naves mari immissas vicenis singulas hominibus, quorum alii sagittis arcubusque armati essent, alii ollas naphta plenas in hostes iacularentur, ornavit. Ita instructa quum Sultani classis ad hostes perdendos egressa esset, Dschatti ea de re certiores facti inermem suorum turbam ad insulas (vicinas) miserunt ipsique soli cum quater mille, aut quemadmodum alia memoria prodit octies mille navibus probe armatis Moslemis occurrerunt. Concursu facto utrimque acerrime quidem pugnatum est; quum autem quaevis navis quae ad rostra navium Sultani adpelleretur protinus minutim fracta demergeretur, maxima Dschattorum pars aquis hausta periit, reliqui gladiis confecti sunt. Deinceps copiae Sultanicae inermem Dschattorum turbam invaserunt et in vincula rapuerunt. Sic victoria reportata Sultanus Gasnam reversus est.

([120]) Quae sequuntur uncinis inclusa desumta sunt ex Ferischthahi chronico. Verba persica infra apposita sunt.

Ann. Ar. 418 inc. 10. Febr. 1027.

Anno ccccxviii Mahmudus Sultanus Abulharbo Arslano, Tusae praesidi, Abiwardi et Nesae (terrarum Duca) provincias commisit, ut Turcomanos, qui Oxo fluvio traiecto illas regiones popularentur, exstirparet; verum praeses Tusae quamquam strenue rem gerebat mox Sultano litteris significavit, Turcomanorum populationi finem impositum non iri, nisi ipse Sultanus adveniret. Itaque Mahmudus ipse egressus Turcomanos dispersit.]

وهمدرین سال بعزیمت مالش دادن جتان که در کنار دریا کوه (alter codex addit جود) واقع شده بودند ودر وقت مراجعت از سومنات بلشکر سلطان بی ادبها کرده انواع آزار رسانیده بودند بنابرین لشکر عظیم بجانب ملتان کشید وچون بملتان رسید فرمود تا هزار وصد کشتی ساختند وبر هر کشتی سه شاخ آهنی در کمال قوت وحدت مضبوط کردند یکی بر پیشانی کشتی ودو دیگر بر دو پهلوی او چنانچه هر چه در مقابل این شاخها آمدی خورد بشکستی واین همه کشتیهارا در آب انداخته در هر کشتی بیست نفر با تیر وکمان وقارورهء نفط بنشستند ورو باستیصال جتان آوردند جتان خبردار شده اهل وعیال خودرا به جزیرها فرستادند وخودها جریده در مقابل نشستند بروایتی چهار هزار وبروایتی هشت هزار کشتی در دریا انداخته ودر هر کشتی جمعیرا مسلح در آورده بمقابله ومقاتله شتافتند چون طرفین بهم رسیدند جنگ عظیم در پیوست هر کشتی که مقابل کشتی مردم سلطان آمدی چون بشاخهای آهنی کشتی خوردی شکستی وغرق شدی تا همه جتان غرق شدند وبقیه که ماندند علف تیغ گشتند ولشکر سلطان بر سر عیال ایشان رفته همهرا اسیر ساختند سلطان مظفر ومنصور بغزنین مراجعت کرد ∴

ودر سنه ثمان عشر واربعمایه سلطان محمود امیر طوس ابو الحرب ارسلانرا نامزد ابیورد ونسا (نامزد دیار دوقا .alter cod) گردانید تا رفته ترکمان سلجوقیرا که از آب امو گذشته در آن حدود فساد مینمودند استیصال نماید امیر طوس بعد از جنگهای عظیم بسلطان نوشت که تدارك فساد ایشان بجز اینکه سلطان بذات خویش حرکت فرماید ممکن نیست سلطان خود توجه نموده ایشانرا پراکنده ساخت ✿

CAPUT XVII.

SULTANI MAHMUDI EXPEDITIO RAIENSIS REDITUSQUE IN PROVINCIAM GASNENSEM ET OBITUS.

Extremis vitae suae diebus Iemineddaula Raiam profectus est, cuius quidem provinciae imperatorem Madscheddaulam filium Fachr-

eddaulae Dilemitam cepit vinctumque Gasnam misit, qua de re, si per Deum O. M. licebit, in historia Dilemitarum diligenter exponemus ([121]). Deinde filio suo Masudo provinciis Raiae et Isfahanae praeposito, quum Mahmudus ab expeditione Irakensi Gasnam reversus esset, anno CCCCXXI ([122]) animam Deo reddidit, postquam duobus annis aegrotaverat. De eius morbo inter rerum scriptores non constat; etenim ambigitur tabesne fuerit an dorsi aegritudo an alvi profluvium ([123]). Neque Sultanus propter morbum solitas corporis exercitationes intermisit neque ab equitatione adeo licet medici suaderent sese continuit ([124]).

Ann. Ar. 421 inc. 8. Ian. 1030.

p. 88.

([121]) Copiose de hac expeditione agit Ibn Haidarus. Etiam Abulfeda (Ann. mosl. T. III. p. 74.) et Ferischthahus (Briggsius p. 83.) eius mentionem faciunt.

([122]) Scilicet die Iovis (روز پنجشنبه) tertio et vigesimo die mensis Rebi el achir = 30. April 1030, quod Ferischthahus docet (Briggsius p. 84.), consentiens cum iis quae de morte Mahmudi Mirchondus infra ex Abu Bekri narratione refert. Ibn Haidaro teste alii rerum scriptores tradunt, Mahmudum undecimo die mensis Safar anni Arab. 421 (18 Febr. 1030) mortuum esse.

([123]) Auctore Ferischthaho Sultanum Mahmudum brevi tempore post reditum ab expeditione Irakensi dorsi aegritudo coniuncta cum tabe oppressit (در اندک زمان مرض سو القینه با سل بهم رسانید); quod quidem malum quum in dies ingravesceret, Sultanus verno tempore Balchum se contulit, quia robustior videri cupiebat, quam erat; mox morbo magis magisque invalescente Gasnam reversus est, ubi fato suo functus est. Abulfeda auctore (Ann. Mosl. T. III. p. 76.) morbus qui Mahmudo mortem intulit erat: اسهال وسو مزاج (diarrhoea et cachexia).

([124]) De forma et habitu Mahmudi haec tradit Ferischthahus: سلطان محمود مردی بود میانه بالا خوش اندام آبله رو واو نخستین کسی است که لفظ سلطان بر خود اطلاق کرد i. e. „Sultanus erat vir staturae mediae et figurae concinnae, atque in eius facie variolarum vestigia cernebantur. Fuit ille primus qui Sultani titulum usurpavit." Ibn Haidarus qui eadem de forma Mahmudi tradit auctorem citans Hafisium Abru ita pergit: وپسرش محمد باو شباهت تمام داشت اما مسعود ازوی بلندتر وفربهتر بود چنانچه اسپ مسعودرا بسیار بزحمت میکشید ولهذا اکثر اوقات مسعود بن محمود بر فیل سوار میشد i. e. „Mahmudi filius Mohammedus perfecta similitudine figuram vultumque patris referebat; alter vero filius Masudus et

Ferunt Sultanum duobus ante obitum diebus iussisse universa marsupia auro et argento plena, gemmas pretiosissimas cunctaque dona et munera, quae toto imperii sui tempore collegerat, ex thesauro suo afferri et in palatii sui vestibulo longa serie explicari, adeo ut illud vestibulum hortum referret rosis rubris flavisque, violis et aliis floribus ornatum; quas quidem res Sultanus oculo invido intuens flevisse dicitur altaque voce lamentatus esse, postremo post longum fletum universas in thesaurum reportari iussisse, ne levissima quidem re quae vel unius oboli pretium haberet ex illo pecuniae signatae aliarumque rerum pretiosissimarum thesauro alicui bene merenti tributa, etsi ignorare non posset, paucis diebus post animam suam caram innumeris angustiis (apud inferos) obnoxiam fore. Huius igitur libri auctor, quum hanc rem in chronicis traditam invenisset, tantam animo suo infirmo indignationem adversus principem ceteroquin gloriosum concepit, ut nulla eorum, qui Sultanum excusarent, ratione habita eam sibi imponeret legem ut, quotiescumque Mahmudi nomen in rerum tradendarum serie pronunciandum esset, nullam laudandi formulam adderet ([125]).

Sic contemplatus divitias thesauri sui Mahmudus in lectica decumbens in Meidanum viride se contulit ibique Mamlukorum suorum ordines et iumenta sua, equos scilicet arabicos et mulos pretiosos aliaque, lustravit; tum Mamlukorum quoque et iumento-

---

procerior et pinguior erat adeo ut equi saepe nonnisi aegre eum portarent, quapropter plerumque elephantis vehebatur."

([125]) Eandem rem, quae Mirchondo displicuit, respicere videtur Sadius poeta in narratione (Gulistan ed. Gentius p. 40.) de rege qui in somnio sibi visus est conspicere Mahmudum Sobokthegini filium centum post mortem annis consumto toto corpore et in pulverem converso oculos suos distorquentem, quod somnium quidam Derwischus ita interpretatus est: هنوز نگران است که ملکش با دگرانست (i. e. nunc tandem intelligit, imperium suum in aliorum potestate esse).

rum suorum aspectum brevi sibi denegatum iri graviter conquestus tristis et moestus in palatium suum rediit.

Abulhasanus Alius Maimendi narrat, Sultanum Mahmudum aliquando ex Abu Tahero Samanida quaesivisse, quantam gemmarum copiam Samanidarum familia collegisset. Hunc respondisse: Emirum Rasi Nuhum Mansuri filium septem gemmarum rotlos in thesauris habuisse. Tum Mahmudum facie ad terram conversa ita locutum esse: „Gratias ago Deo optimo maximo, quod plus centum gemmarum rotlis mihi dederit."

Ferunt, morbo lethali incipiente Mahmudum ex filio Mohammedo percunctatum esse, quidnam rei acturus esset, si ipse fato suo p. 90. perfunctus esset. Hunc respondisse: sibi maxime curae fore preces celebrare, ieiunia agere, eleemosynas largiri, patris sepulchro adesse, Koranumque lectitare, ut praemiorum his rebus constitutorum etiam sanctissima patris anima particeps fieret. Alterum autem filium Masudum patri idem ex illo quaerenti respondisse, se idem facturum esse, quod Mahmudus fratri suo Ismaeli fecisset; eoque responso Sultanum vehementer consternatum et ad iram commotum esse. Res autem, ad quam Masudus alludebat, erat haec. Postquam Sultanus fratri Ismaeli incolumitate promissa persuaserat ut ex arce Gasna descenderet, illum in amico quodam consessu interrogavit, quidnam de fratre facturum se esse constituisset, si in suam captivitatem ille incidisset. Ismael singulari animi candore et sinceritate respondit: „Si te superassem, in arcem aliquam te misissem, omniaque quae expetere et concupiscere potuisses, servos puellasque et victum tibi praebuissem." Aliquo tempore interiecto ex causa quadam, quae in chronico Ieminico commemoratur, Sultanus idem fratri fecit, quod ille Mahmudo facere constituerat. Scilicet Ismaelem praefecto Dschusdschani in arce aliqua custodiendum tradidit, p. 91.

ministrosque instituit, qui res necessarias illi procurarent et victum, quantum liberet, praeberent, nihilque intermitterent, quo eius desideriis satisfacerent ([126]).

Tradunt, Mahmudum eo consilio Raiam profectum esse, ut hanc provinciam expugnatam Masudo concederet, Mohammedo provinciis Chorasani, Gasnae et Hindosthani destinatis. Tradunt porro, Masudum, quum Mahmudus provinciam Iraki, postquam illam subiugaverat, omnibus opibus spoliatam ipsi offerret, ita locutum esse: ,,Posteaquam incolas huius provinciae ita afflixisti et pauperes reddidisti, tandem me illis praeficis; talem autem provinciam regere non cupio; immo in Chorasanum tecum revertar." Tandem Mahmudus animum Masudi blandis verbis conciliavit et septemdecim millibus hominum ex copiis Gasnicis et Chorasanicis ad custodiam illi relictis eum permovit, ut Raiae permaneret. Quo facto Mahmudus a Masudo flagitavit, ut iuramento se obstringeret, se post ipsius mortem pacem cum fratre Mohammedo esse culturum; Masudus respondit: ,,Hoccine a me iuramentum nunc exigis, ut tu a me tutus sis?" Tum Mahmudus: ,,O fili," inquit, ,,quare talia
p. 92. loqueris?" His Masudus respondit: ,,Si tuus re vera filius essem, provinciarum et rei familiaris id profecto mihi tribueres, quod mihi debetur." Post haec verba Mahmudus: ,,enimvero," inquit, ,,tuus frater ea quae debentur tibi tribuet. Quare praesta iuramentum, te infenso animo in illum non esse acturum." Sed (neque eo placatus) Masudus ita locutus est: ,,Si ille huc venerit et iuraverit, se mihi tributurum esse quod mihi debetur, tum ego pariter illo, quod petis, iuramento me obstringam; etenim quomodo possum illud iuramentum praestare, quum ille Gasnae sit, ego Raiae morer?"

([126]) Vid. supra annot. 15.

Nemo sane erit qui probet eam, qua Masudus blandae patris rogationi parere recusavit, pertinaciam et arrogantiam, eiusque in responsis superbiam et ferociam (*).

Reperiuntur in annalibus haec Abu Bekri Alii filii Hasani, qui Sultano Mohammedo, Mahmudi Sobokthegini filio, ab epistolis erat, verba: „Sultanus Mahmudus die Iovis, tertio et vigesimo mensis Rebi el achir die anni CCCCXXI rebus humanis exemtus est, 30. Apr. 1030. tertium et sexagesimum aetatis annum agens. Etiam morbo iam afflictus in solio sedens ius dicebat. Sepultus est Gasnae in palatio felicitatis nocte, quae tenebris et pluvia vehementi intempesta erat. Exercitationibus religiosis diligentissime incumbebat. Viri docti sua opera ipsi dedicaverunt. Multas expeditiones sacras in Indiam suscepit, quas etiam nos narravimus, neque ullum habebat vitium nisi p. 93. avaritiam et nimiam divitiarum cupiditatem, cuius unum proferemus exemplum. Aliquando quum ad illum relatum esset, Nischapuri esse hominem quendam ditissimum, hunc hominem Gasnam vocavit, illique dixit: Accusatus es, quod superstitioni Karamitarum adhaereas. Opulentus ille homo respondit: Ego quidem non sum Karamita, enimvero quum multis huius mundi divitiis Deus me beaverit, auferte ea quae possideo neque tam detestandum mihi imponite nomen. Sultanus igitur illius hominis opes rapuit, et litteras scribi iussit, quibus testaretur, illum a vera fide non aberravisse."

Primus, qui vesiratus munere apud Sultanum Mahmudum functus est, fuit Abul Abbasus Faslus Ahmedi filius, homo praeter modum scelestus et violentus. Quem Sultanus, quum illi quadam ex causa succenseret, munere removit et crudeliter tractavit;

(*) Vid. infra annot. 135.

quippe Sultanus quorumdam emirorum instigationibus irritatus illum vesirum summo cruciatu supplicioque affecit. Post Abul Abbasum vir eximius Ahmedus filius Hasani Maimendi vesir fuit, qui octodecim per annos insigni hoc munere praeclare functus postremo, quum Sultani indignationem in se convertisset, pariter
p. 94. ab officio remotus et in arcem quandam Indicam (*) carcere custodiendus missus est. Post hunc Emirus Husenkus [filius] Mikali vesiratum tenuit, vir facundus et disertus, qui a pueritia inde Sultanum comitatus illique carissimus usque ad Mahmudi mortem hanc dignitatem tuitus est, etsi eius vires officiis vesiratus administrandis pares non essent (127).

Memoratur Sultanus eo tempore, quo ab Emiro Nuho vocatus ad bellum Abu Alio Simdschuro inferendum in Chorasanum profectus esset, in quodam loco, ubi castra habebat, audivisse, in vicinia esse hominem qui vitam solitariam et religionibus dicatam ageret, Eremitae Ahupusch [i. e. qui peccatis tamquam veste indutus esset] nomine notum. Sultanus pro suo in dervischos et eremitas amore hunc hominem videre magnopere cupivit, et in hoc itinere Husenkum Mikalum, etsi ille hoc hominum genus non magni aestimaret, comitem sumsit, ita illi loquens: ,,Quamquam scio, te sacerdotes, monachos et eremitas non diligere, tamen volo, ut mecum ad Ahupuschi cellam contendas." Eo coactus Husenkus Sultanum comitatus est. Sultanus eremitam in colloquio, quod cum illo habuit, non solum summa veneratus est reverentia, verum etiam quum illi valediceret dixit, quantamcumque pecuniae summam ille rogaturus
p. 95. esset, illam thesaurarios suos ipsi praebituros esse (128). Tum ere-

(*) Kalindscher appellatam. Vid. infra annot. 135.

(127) De his vesiris cf. Ferischthahi historiam ex interpret. Briggsii T. I. p. 88. 89.

(128) Illorum verborum quibus Mirchondus utitur loco Ibn Haidarus exhibet: وهنگام

mita manu in aërem sublata repente volam plenam auri signati manui Sultani imposuit ita loquens: ,,Qui talem pecuniam ex mundo invisibili proferre potest, quid ille eget huius mundi pecunia?" Sultanus hanc pecuniam Husenko Mikalo tradidit, qui omnes nummos signo Abu Alii Simdschuri signatos vidit. Deinceps Sultanus cella Eremitae Ahupuschi egressus ad Emirum Husenkum conversus: ,,Quid tibi," inquit, ,,videtur de isto miraculo? Tam inauditam rem nemo profecto in dubium vocare potest." Tum Husenkus respondit: ,,Quae Sultanus dicit, rectissima sunt; nemo utique de illis dubitare potest. Illam ipsam autem ob causam non decet Sultanum in bellum adversus virum contendere, cuius nomine nummi in mundo invisibili signantur." Quam quidem rem explicare iussus Husenkus nummos illos aureos signatos Sultano ostendit, ac Mahmudus stupefactus conticuit.

Aliquando quum Sultanus Mahmudus, ut fertur, ex palatii fenestra prospectans oculos et sinistrorsum et dextrorsum circumferret, repente eius oculus incidit in misellum quendam [ex plebe] p. 96. hominem, qui par avium manu teneret. Hic homo, quum videret, Sultani obtutum in se figi, signum aliquod fecit, quod Sultanus non animadvertere simulans secum cogitavit, quid tandem illud sibi vellet. Mox idem homo, quum Sultanus iterum eum intueretur, illud signum repetivit, Sultano similiter illud non attendere simulante. Quum autem tertia vice illud signum faceret, Sultanus illum ad se vocavit et ex eo quaesivit, quis esset, et quid illud avium par sibi vellet. Homo respondit: se esse aleae lusorem et hoc quidem die Sultanum ludi socium habuisse, quare quum duo

---

وداع سلطان بزاهد گفت که از اموال دنیاوی آنچه مطلوب باشد خازنان تسلیم نمایند.

avium paria lucratus sit, eorum unum ad Sultanum se afferre. Sultanus iussit aves ab illo accipi. Altero die quum idem homo iterum venisset duas alias aves ferens, Sultanus: ,,Ecce," inquit, ,,quantam meae utilitatis socius meus curam gerit!" Idem tertio die factum est. Quarto autem die homo vacuis manibus et tristi animo ante Sultani fenestram apparuit. Ita quum eum videret, Mahmudus sic locutus est: ,,Socio meo calamitas aliqua accidit, tristitiae enim signa in eius vultu conspicio." Advocavit illum Sul-
p. 97. tanus et percunctatus est, quaenam tristitiae causa esset; homo respondit: ,,Hodie quum pro me et Sultano socio meo alea luderem, illi qui mecum luserunt mille drachmas mihi abstulerunt." Sultanus subridens iussit quingentas illi numerari drachmas: ,,alio tempore," inquiens, ,,quando non adsum, noli meo periculo alea ludere."

Multa alia comitatis et facetiarum Sultani Mahmudi documenta feruntur, quae omnia narrare huius historiae non est ([129]).

CAPUT XVIII.

DE EMIRO NASRO FILIO NASIREDDINI SOBOKTHEGINI EIUSQUE OBITU.

Eo tempore, quo Sultanus Mahmudus provinciam Chorasani subegit, Emir Nasrus ea fratri obsequii documenta praestitit quae ab adulta eius aetate exspectari poterant. Itaque Mahmudus illi provinciam Chorasani civitatemque Nischapuri administrandas commisit. Ubi quum Nasrus aliquot annis optime officiis suis satisfecisset debellatoque Monthasero eximiam industriam et strenui-

([129]) Unum adhuc indolis, quae in Mahmudo erat, exemplum vid. apud Ferischthahum (ex interpret. Briggs. T. I. p. 86. 87.), quod idem ab Ibn Haidaro commemoratur.

tatem comprobavisset, Mahmudus illum deinceps ad aulam suam evocavit, atque ab illo inde tempore Sultanus, quum in itineribus aeque atque domi Nasrus semper ei adesset, adeo fratris conversationi adsuevit, ut eius discessum ferre non posset. Atque Emir Nasrus collegium condidit multisque agris ac praediis donavit, ubi p. 98. institutionem disciplinamque sectatoribus Abu Hanifae peculiarem esse voluit. Moribus Nasrus erat tam castis ut toto vitae tempore ne verbum quidem inhonestum umquam ore emitteret. Neque vi, iniuria, iniquitate aut violentia ullum afflixit, adeo ut de tam amabilis iuvenis morte, quum in ipso aetatis flore huic mundo perituro valedixisset, amici et sodales in pulvere et cinere luctum agerent.

CAPUT XIX.

IMPERIUM SULTANI MOHAMMEDI, FILII MAHMUDI, NEPOTIS SOBOKTHEGINI, EIUSQUE CAPTIVITAS, QUUM GASNA REGNI SEDE EGRESSUS ESSET.

Post Iemineddaulae Mahmudi mortem eius filius Mohammedus ex testamento patris thronum Sultanatus occupavit, purpuratique et cives iuramenta ipsi praestiterunt ([130]). At frater Masudus, Ann. Ar. 421 inc. 8. Ian. 1030.

([130]) Ferischthahus de initiis huius regni ita refert: چون دست یمین الدوله محمود از امور دنیوی از تصرف کوتاه گشت پسرش سلطان محمد در کورکان بود وامیر مسعود در سپاهان (اصفهان) امیر علی ارسلان که خویش سلطان بود امیر محمدرا بغزنین طلبیده بموجب وصیت سلطان مرحوم افسر سلطنت بر سرش نهاد واو منصب سپه‌سالاری بعهد خود یوسف بن سبکتکین ووزارت بخواجه ابو سهل احمد بن الحسین حمدونی ارزانی داشت ودر خزاین گشاده وضیع وشریفرا بهره‌ور گرداند ∴ در زمان او ارزانی ورفاهیت پیدا شده رعیت وسپاهی آسوده شدند اما با وجود آن دلهای خلایق بپادشاهی امیر مسعود راضی‌تر بود ∴ وبعد پنجاه روز از فوت سلطان محمود ابو النجم امیر ایاز بن اسماق (ایماق alter codex) با غلامان اتفاق کرده وعلی دایه‌را با خود یکی ساخته در روز روشن بمکابره بطویله در آمدند وبر اسپان خاصه نشسته راه بست پیش گرفتند امیر محمد واقف شده سوندرای هندورا که از امرای معتبر بود با لشکر بسیار از هندوان

qui Irako praeerat, postquam nuncium de morte Mahmudi accepit,
p. 99. Hamadano in Chorasanum contendit, ibique omnibus administrationibus et officiis suos homines praefecit. Cuius quidem rei nuncius quum ad Isfahanenses pervenisset, illi seditione facta praesides et magistratus a Masudo constitutos occiderunt. Itaque Masudus in hanc regionem profectus Isfahanum obsidione cinxit, urbeque post aliquot dies vi capta seditionis auctores morte mulctavit atque uno ex magnatibus urbi praefecto in Chorasanum deinceps rediit. Inde epistolam ad fratrem Mohammedum scripsit huius argumenti: se non concupiscere eas provincias quas patris testamento frater teneret; sibi sufficere eas quas ipse gladio expugnavisset provin-

---

بتعاقب آنجماعت فرستاد وچون بایشان رسیدند جنگ در گرفته سوندرای با جمعی کثیر از هندوان کشته شد واز غلامان نیز بسیاری بقتل آمده سرهای آنها مرسول درگاه سلطان محمد گردید وامیر ایاز وعلی دایه همچنان باتفاق بسرعت میرفتند تا در نیشابور بخدمت امیر مسعود رسیدند i.e. „Iemineddaula Mahmudo rebus humanis exemto, quum illo tempore Sultanus Mohammedus Mahmudi filius in Gurgano (Dschordschano) et Emir Masudus Isfahanae essent, Emir Ali Arslanus, Sultani gener, Emirum Mohammedum Gasnam vocavit illiusque capiti, quemadmodum beatus Sultanus testamento disposuerat, coronam Sultanatus imposuit; ac Mohammedus tum Sepahsalarii (supremi copiarum praefecti) munus patruo suo Iosepho filio Sobokthegini, et vesiratum viro illustri Abu Sahlo Ahmedo filio Hosaini Hamdunensi commisit, portisque thesauri apertis humiles ac nobiles largitionibus exhilaravit. Licet vero regnante Mohammedo abundantia et securitas perfecta esset civesque et milites maxima tranquillitate gauderent, nihilominus universi praeoptabant, ut Masudo imperium contingeret. Quinquaginta diebus post Mahmudi Sultani obitum elapsis Abulnadschmus Emir Aiasus filius Asmaki (Imaki) cum aliquot mancipiis coniuratione facta et Ali Daieh, quem ille sibi sociaverat, clara diei luce stabulum insolenter ingressi equos Sultani conscenderunt Bosthumque se contulerunt. Quo quidem facinore comperto Mohammedus Sewendradscham Indum, unum ex praecipuis Emiris, cum copiis Indicis ad persequendos rebelles istos homines egredi iussit. Sewendradscha postquam eos attigit acriter quidem pugnavit, verum ipse cum magno Indorum numero occisus est, quamquam etiam Mamlukorum non pauci periere, quorum capita ad Mohammedi Sultani aulam missa sunt. Postremo Emir Aiasus et Ali Daieh maxima cum celeritate Nischapurum ad Emirum Masudum festinaverunt."

cias, Kuhisthanum et Tabaristhanum; id tantum se petere, ut in precibus publicis sui nominis primo loco fieret mentio (131). Quibus litteris Mohammedus ferociter respondit atque ad bellum se paravit, neglecto illorum consilio qui studiose ipsi suaderent, ut pacem cum fratre Masudo servaret. Mox patruo Iosepho, filio Sobokthegini, praemisso Gasna egressus ineunte mense Ramadano [nono Arabum mense] Tenknabadum (132) pervenit, ubi integrum hunc mensem ieiuniis dicatum moratus est. Nocte tertia mensis Schewal ipsi Mohammedi milites, tentorio Sultani cincto, dominum suum ex lecto protraxerunt atque in acropoli Tenknabadi (133) carcere incluserunt. Ex praecipuis huius coniurationis auctoribus erat Emir Alius Chavischavendus, unus familiarium Sultani Mahmudi, cui ob singularem quo illum fovebat amorem Chavischavendi [consanguinei] cognomen Mahmudus indiderat. Neque Emir Iosephus, Sobokthegini filius, huius sceleris expers erat. Sic Mohammedo vincto ad Masudum properaverunt purpurati, quibus etiam Emir Husenkus Mikali (filius), etsi Sultano Mahmudo adhuc imperante simultas illi cum Masudo intercessisset, comitem se praebuit. Ita Husenkus, quum Nischapurum in Masudi castra contenderet, accipitri mortis obvium se dedit. Nam Masudus simul atque ocu-

2. Sept. 1030.

4. Oct. 1030.

p. 100.

---

(131) In precibus publicis ut primo loco nominaretur, Masudus auctore Ferischthaho propterea postulavit quia maior natu esset, licet eodem die cum Mohammedo in lucem editus ad summum aliquot horis fratrem praecessisset: آورده اند که سلطان مسعود ومحمد در یکروز تولد یافته بودند غایتش بچند ساعت برو مقدم بود.

(132) Ferischthahus in altero codice: تکیناباد (Thekinabad), in altero ننکناباد (Nenknabad). Dow (p. 80.): *Tunganabad*, Briggsius (p. 95.): *Tukeeabad*. Ibn Haidarus: نبکباد vel بنکباد. Vid. supra Cap. XV. p. 193.

(133) Ferischthahus: in arce Weldsch (Briggsius: *Wally*), quam incolae Kandahari hodie Cheldsch appellant (در قلعهٔ ولچ که حالا مردم قندهار آنرا قلعهٔ خلج میخوانند).

lus in Husenkum incidit, statim illius guttur frangi iussit (134). Ali Chavischavendus et Iosephus Sobokthegini filius quum Herathae ad Masudum accessissent: Masudus Iosephum carcere inclusit Aliumque Chavischavendum supplicio affecit. Deinde Gasnam profectus capti fratris oculis ferrum calidum applicari fecit (135).

---

(134) De morte Husenki haec refert Ferischthahus: سلطان مسعود از هرات ببلخ رفته امیر حسنکرا بآن بهانه که وقت عود از مکه خلعت خلیفه مصر پوشیده بود بخلق اویخت زیرا که بسمع مسعود رسانیده بودند که حسنک روزی در سر دیوان میگفت که هرگاه مسعود پادشاه شود حسنکرا بر دار باید کشید i.e. „Sultanus Masudus Heratha Balchum profectus Emirum Husenkum suspendio interemit eam praetexens causam quod Husenkus Mecca redux vestem honorificam a Chalifa Aegypti acceptam induisset; sed vera causa erat, quod Masudo relatum erat, Husenkum aliquando in divano ita locutum esse: Quandocumque Masudus Padischah factus fuerit opus erit Husenkum patibulo suspendi."

(135) De Masudi indole et moribus haec traduntur a Ferischthaho: سلطان مسعود بغایت کریم وشجاع بود واورا رشتم ثانی میگفتند تیر او از برکستوان آهنین گذشته بر بدن فیل نشستی وگرز اورا هیچکس بیکدست بر نداشتی وپدررا چون در مخاطبات جوابهای درشت دادی همیشه اورا مخذول داشتی ودر عزت وتکریم محمد کوشیدی تا حدی از خلیفه عباسی التماس نمود که اسم محمدرا بر مسعود مقدم نویسد .·. در طبقات ناصری مذکورست که خواجه ابو نصر مشکانی (مشکانی alter cod.) گوید چون آن مثال در بارگاه سلطان محمود بخوانند بر خاطر جملهٔ امرا وملوک گران آمد وچون مسعود از آن مجلس بیرون رفت ابو نصر گوید من از عقب او رفتم وگفتم بسبب تاخیر لقب شما دل من وجمیع امرا بسوخت مسعود فرمود هیچ اندیشه مدار گفته اند السیف اصدق وابناء من الکتب (alter cod. اثنای; neutrum recte se habere videtur) چون باز گشتم سلطان مرا طلب فرمود وگفت در عقب مسعود چرا رفتی وچه جوابی کردی همه ما جرا بی نقصان باز نمودم سلطان گفت من نیز میدانم که بهمه باب مسعودرا بر محمد ترجیح است وبعد از من ملک بمسعود خواهد رسید اما این همه برای آن میکنیم که این محمد بیچاره در عهد من اندک حرمتی داشته باشد ابو نصر گوید درین معامله از دو چیز عجب داشتم یکی از جواب مسعود که مرا بوجه علم وفضل جواب داد دویم از ضبط وهوشیاری سلطان محمود که منهیان آن خبررا فی الفور (فی الحال alter codex) بعرض او رسانیدند i.e. „Sultanus Masudus quam maxime liberalis ac strenuus erat, quapropter eum alterum Rusthemum appellabant; sagitta quam iacularetur perfosso ferreo quo elephas munitus esset cingulo in bestiae corpore haerebat, neque clavam qua Masudus utebatur ullus una manu tollere valebat (cf. supra annotat. 124.). Quum vero patri in colloquiis ferociter

CAPUT XX.

p. 101.

IMPERIUM SULTANI MASUDI FILII IEMINEDDAULAE MAHMUDI, NEPOTIS NASIREDDINI SOBOKTHEGINI.

Anno CCCCXXII Sultanus Masudus Abu Sahlum Hamdunensem in Irakum misit ut huic provinciae praeesset, alioque diplomate urbem Isfahani Alaeddaulae filio Kakuiae commisit, cui etiam iniunxit ut Abu Sahlo omnibus in rebus auxilium ferret. Hic Alaeddaula erat filius avunculi Madscheddaulae filii Fachreddaulae Dilamitae, unde nomen traxit; in Dilamitarum nimirum sermone avunculus Kakuieh appellatur. Eius filiam Masudus eo tempore, quo Irako summo cum imperio praeerat, in matrimonium duxerat. Kakuieh quum initio nomine Sultani hanc provinciam administravisset, postmodum eius imperium absolutum affectavit.

Ann. Ar. 422 inc. 28. Dec. 1030.

---

respondere soleret (vid. supra cap. XVII. p. 230.), Mahmudus eum posthabebat ac Mohammedo plus honoris dignitatisque tribuebat, adeo ut Mahmudus Chalifam Abbasidam rogaret, ut Mohammedi nomen ante Masudi nomen in litteris scribi iuberet. In libro Tebekati Nasiri (contignationes caelestes Nasiricae i. e. Nasireddini) ad illam rem haec leguntur: vir illustris Abu Nasrus Meschkanensis (Metscanensis, Dow p. 82.: *Abu Niser Muscati,* Briggsius p. 98.: *Aboo Nusr Mukutty*) ita narrat: Illae (Chalifae) litterae quum in aula Sultani recitarentur, universorum emirorum ac principum animi contristati sunt; itaque ego Masudum quum congressum relinqueret secutus illi sic locutus sum: Quod tuum nomen postpositum sit ego ceterique omnes valde dolemus. At ille respondit: noli hanc rem aegre ferre; nam proverbio (Arabes) dicunt, gladium et iustitia et robore plus valere libris (litteris). Postquam redii, Sultanus percunctatus est quam ob rem Masudum essem secutus quidque cum illo disceptavissem; atque equidem satius esse iudicavi universa quae accidissent nulla re omissa Sultano aperire. Tum Mahmudus: Neque ego, inquit, ignoro, Masudum omni ex parte potiorem esse Mohammedo, neque dubito quin post mortem meam imperium in Masudi potestatem sit casurum; enimvero ut ita agam illud me impellit quod miser ille Mohammedus iam me vivo in tam exiguo habetur honore. Atque hac in re duo sunt quae mirationem mihi faciunt, Masudi nimirum responsum scitum ac subtile et Sultani moderatio humanitasque; quippe homines quidam nimis officiosi universam rem confestim ad Sultanum retulerant."

Masudus, postquam imperio Gasnensi potitus est, Hasanum
p. 102. Maimendium, quem pater vesiratu removerat et in arcem quandam Indicam ([136]) custodiendum miserat, revocavit summoque imperio civili et militari ornavit; adeo ut egregius ille homo iterum vesiratum Gasnae et Chorasani nancisceretur ([137]).

Ann. Ar. 423 inc. 18. Dec. 1031. Anno CCCCXXIII Masudus Althunthaschum cubicularium, Charizmiae praefectum, cum copiis Charizmicis in provinciam Trans-

---

([136]) Ferischthahus: in arcem Kalindschar sitam in confiniis Hindosthani (در قلعهء كالنجر كه از قلاع سر حد هندوستانست). Atque auctore Ibn Haidaro Sultanus Mahmudus nullam aliam causam Ahmedi carcere quinque per annos includendi habuerat nisi quod eius opibus inhiavisset.

([137]) Ex rebus quae anno CCCCXXII acciderunt memoratur ab Ibn Haidaro et Ferischthaho expeditio in Kedschi (كج) et Mekrani (مكران) provincias suscepta, cuius quidem narrationis Ibn Haidarus auctorem laudat Ibn Atsirum ex Mesopotamia oriundum (ابن اثير جزرى), notissimum rerum scriptorem. Eodem quoque anno, quemadmodum Ferischthahus (l. c. p. 100.) refert, Masudus non solum provincias Iraki, Hamadani et Kuhisthani, quae administrationi Thaschi stratoris (تاش فراش) commissae rebellaverant, pacavit, verum etiam quum ipse Heratham pervenisset rogatu incolarum Serchasi (سرخس) et Abiwardi Abdusum (عبدوس) filium Abdulasisi cum magno exercitu egredi iussit ad Turcomanos Seldschukicos qui illas regiones infestarent debellandos. Is quum infecta re rediisset, Sultanus quoque Heratha Gasnam reversus est. Vid. Briggsii interpretatio historiae Ferischthahi T. I. p. 99. 100. Ibn Haidarus de inundatione qua eodem anno civitas Gasnensis afflicta est, haec tradit: ودرين سال در غزنه سيل عظيم آمد كه بسى از عمارات رفيعه آن شهررا خراب گردانيد وخلايق بى نهايت درين سال هلاك شدند وبندى كه عمر بن ليث صفار در ايام سلطنت خود بسته بود آنچنان بآن سيل خراب شد كه اثرى از آثار او ظاهر نشد واين از وقايع عظمى وغرايب حوادث اين سال بود واهل بصيرت اين واقعهرا از آثار فوت پادشاه عادل سلطان محمود بن سبكتكين ميدانستند چه عدل آن پادشاه بمرتبه بود كه ما فوق آن نداشت i. e. „Eodem anno tanta Gasnam inundatio invasit, ut huius urbis aedificia excelsa plurima destruerentur; atque agger quoque quem Omar filius Laitsi Soffarida eo quo regnavit tempore exstruxerat adeo dirutus est ut ne vestigium quidem remaneret. Quam quidem calamitatem ad mirifica et memorabilia quae hoc anno accidere numerandam cordati homines intellexerunt arctissime cohaerere cum obitu Mahmudi Sultani, cuius tanta fuit probitas ut nihil esset supra."

oxanam contendere iussit, ut Alitheginum (138) Samarkando et Bochara expelleret. Illi, quum Balchum pervenisset, Masudus quindecim millia hominum ex exercitu suo submisit. His cum copiis fluvio Amuiae transmisso Althunthaschus Bocharam contendit, quam uno impetu coniunctae copiae Charismicae et Chorasanicae ceperunt. Inde Samarkandum perrexere. Alitheginus autem copiis suis instructis castra in loco quodam posuit, qui ab uno latere fluvio et silva spissa, ab altero montibus munitus erat. Ibi concursu facto cruentum proelium est exortum. Fervente pugna repente caterva, quam Alitheginus occultaverat, ex insidiis prosiluit copiasque Cha- p. 103. rismicas invasit; sed Althunthaschus mira virtutis et fortitudinis documenta exhibens hostes repulit, neque tamen Alithegino propter silvam et montes, quibus ille tectus erat, multum nocere potuit. Nocte ingruente Althunthaschus in castra rediit, Alitheginus cum suis in silvam se abdidit. In hoc proelio manum Althunthaschi, quae olim in obsidione arcis alicuius Indicae lapide vulnerata atque ad omnes usus inhabilis reddita erat, iterum vulneratam esse tradunt (rerum scriptores) (139); quam quidem rem Althunthaschus militibus occultavit atque a nonnullis satellitum vulnus devinciri curavit. Noctu vero Althunthaschus, postquam in

---

(138) Dow addit (p. 84.): *the Usbek Tartar,* et Briggsius (p. 101.): *Suljook* (سلجوق). Neutrum in meis Ferischthahi codicibus reperitur. Ibn Haidaro auctore Alitheginus universam provinciam Transoxanam usque ad fines Turkesthani summo cum imperio obtinebat (وعلى تكين صاحب تمامى ما وراء النهر تا حدود تركستان بود).

(139) Ferischthahus et Ibn Haidarus minus aperte Althunthaschum in ea corporis parte, quae iam olim Mahmudi Sultani tempore in arcis alicuius Indicae obsidione lapide ex machina proiecto vulnerata fuisset, novum vulnus accepisse aiunt (اتفاقا آن زخم بجايى رسيد كه قبل از آن در وقت گرفتن قلعهء از قلاع هند در حضور سلطان محمود سنگ منجنيق بر همان جاى خورده بود).

castra reversus est, duces et praefectos copiarum convocavit atque ita locutus est: „Graviter sauciatus sum, neque ulla mihi salutis spes est. Vos igitur suae quisque saluti consulite." Tum re pensitata duces ad Alitheginum oratores pacem petitum miserunt, quam neque ille recusavit, quandoquidem militum suorum multi vel interfecti vel vulnerati erant. Re igitur composita (140) uterque exercitus ipsa hac nocte reditum instituit. Althunthaschus sequenti die
p. 104. exspiravit (141); ac Masudus eius morte audita Haruno Althunthaschi filio patris locum concessit.

Ann. Ar. 424 inc. 6. Dec. 1032. Anno CCCCXXIV Raiae et regionis montanae (Kuhisthani) incolae seditionem moverunt, itemque Sultani in India procurator defecit (142). Eodem anno vir eximius Ahmedus Hasani filius Mai-

---

(140) Ea scilicet lege, auctore Ferischthaho, ut Bochara Masudo concederetur, Alitheginus Samarkandum porro obtineret. Briggsius l. c. p. 102.

(141) Ferischthaho auctore Emiri mortem Althuntschahi occultaverunt donec in Charismiam pervenerunt (ووکلا ووزرا وفات اورا پنهان داشته بخوارزم رفتند).

(142) De expeditionibus quas Masudus in Indiam suscepit diligentius quam Mirchondus egit Ferischthahus. De illa quidem expeditione, cuius Mirchondus hoc loco mentionem facit, ac de alia priore ita exponit Ibn Haidarus: ودر سال چهار صد وبیست وپنجم بمسعود بن محمود خبر رسید که باز والی هند بنالتکین متمرد شده از عمال ونواب سلطان مسعود هم که در مقام اطاعت وانقیاد او نمی آید سیاست مینماید بنابرین سلطان باز متوجه هندوستان شده مخالفانرا بالکلیه مستاصل ساخت وبسی از قلاع مستحکم آن دیاررا فتح نمود خصوصا قلعه سرسیرا که (از) مشاهیر قلاع هند بود ومکرر سلطان محمود غازی آنرا محاصره کرده اما فتح نتوانست کرد ∴ در تاریخ ابن کثیر شامی مسطورست که از عجایب اموری که درین سال در هند بظهور آمد سحر عجوزه بود نسبت بمسعود بن محمود واو آنچنان بود که مسعود بمحاصره قلعه از قلاع مشغول بود وکار ایشانرا بجایی رسانیده که از قلت آزوقه وکمی آب بجان رسیده بودند که بیکبار پیر زالی از درون قلعه بیرون آمد وجاروبی در دست داشت وچون در برابر بارگاه مسعود رسید از همان موضع جاروبرا تر ساخته بجانب بارگاه مسعود افشاند واین فعلرا مکرر سه نوبت کرده باز بجانب قلعه رفت اتفاقا در همین روز مسعود بیمار شد ومرض او روز بروز در ازدیاد می نهاد بنابرین از آنجا کوچ کرده مراجعت نمودند ومجرد باز گشتن مرض روی

mendi [vesirus] diem supremum obiit; Masudus igitur Abu Nasrum Ahmedum Mohammedi filium, Abdossamadi nepotem, qui in Cha-

---

بخفت نهاد تا آنکه در پنج شش روز صحت کامل حاصل شد ∴ اما از تاریخ حافظ ابرو چنین معلوم میشود که درین سال مسعود از برای دفع احمد بنالتکین لشکری فرستاده میان ایشان واحمد بنالتکین محاربات بسیار واقع شد آخر الامر کار بجایی رسید که احمد قصد خود کرده خودرا هلاک ساخت والله اعلم بحقایق الامور ∴ در کامل التواریخ مسطورست که چون مسعود قلعه سرسیرا محاصره نمود بعد از چند روز والی آن قلعه کس پیش مسعود فرستاده مالی عظیم قبول کرد که بدهد وهر سال مبلغی معین نیز بخزانه واصل میساخته باشد مسعود التماس اورا اجابت نمود وآن راجه در اندرون قلعه جماعتی از تجار مسلمانان گرفته تمامی اموالرا که بمسعود قبول کرده بود از ایشان گرفت وجهت مسعود فرستاد وسوداگران این مضمونرا نوشته بر مسعود بن محمود فرستادند وضعف وعجز هنودرا نیز باز نمودند که اگر سلطان باز پنج شش روز توقف کند ایشان همه قلعهرا گذاشته جریده بیرون خواهند رفت وایشانرا مطلقا طاقت جنگ وجدل نیست بنابرین سلطان مسعود از سر صلح باز گشته فرمود که تا خندق را به نیشکر که در آن نواحی بسیار بود پر ساخته بالا رفتند وتمامی هنود آن قلعهرا بقتل رسانیدند وزن وفرزند ایشانرا اسیر گرفتند وغنایم بسیار از آن قلعه بدست افتاد ∴ واز آن جمله بلاد هند که در زمان مسعود فتح شده مدینه نرسی بود ولشکری که این شهررا فتح کردند سلطان محمود در حیات خود فرستاده بود اما در اثنای آنکه ایشان در راه بودند که سلطان محمود فوت شد ومسعود ایشانرا امداد نموده لشکری دیگر نیز متعاقب ایشان فرستاد چنانچه صد هزار سوار شده بعزم تسخیر نرسی که از عظام بلاد هند بود وقبل ازین هرگز رایات اسلام بآن شهر نرسیده بود وعظمت آن شهررا آنچنان در تواریخ معتبر آورده اند که ابن کثیر شامی میگوید که یک شبانهروز این صد هزار سوار بازار عطاران وجواهریانرا غارت میکردند وبجانب دیگر شهر اسپی نرسیده بود وطول شهر یک منزل متعارف هندوستان بود والعهده علی الراوی واز آن یک بازار آن مقدار طلا ونقره وجواهر بدست اهل اسلام افتاد که از شمار عاجز آمده به پیمانه میکردند (lege نحاس i. e. aes, sive نجس i. e. quisquiliae) نجش i. e. „Anno CCCCXXV quum nunciatum esset, (Ahmedum) Benaltheginum praesidem Indiae rursus defecisse eosque a Masudo constitutos procuratores ac praesides qui obsequium et obedientiam ipsi praestare noluissent poenis mulctavisse, Sultanus denuo in Hindosthanum movit, adversarios funditus exstirpavit multasque arces inprimis Sirsiam, celeberrimam Indiae arcem quam Mahmudus non semel frustra tentaverat, expugnavit. In annalibus Ibn Katsiri Syri traditur, ex memorabilibus huius expeditionis casibus esse illas ab anu quadam erga Masudum perpetratas praestigias, quae sic factae sunt. Eo scilicet tempore quo Masudus arcem quandam obsidebat, re iam eo deducta ut incolae propter victus penuriam et aquae inopiam animum desponderent, vetula aliquando ex illa arce

rismia Haruni Ibn Althunthaschi nomine rebus praeerat ac vesiratu fungebatur, vocavit illique Ahmedi Hasani munus commisit.

---

progressa est scopas manu tenens, quas ubi ad illum locum, ubi Masudus tentorium haberet, pervenerat in ipso illo loco aqua humectavit versusque tentorium Sultani excussit; quod postquam ter fecit, ad arcem remeavit. Atque ipso hoc die Masudus correptus est morbo, qui quum in dies ingravesceret, Moslemi castris solutis reversi sunt. Neque alia re praeterquam quod pedem Sultanus referret opus erat ad morbi vehementiam leniendam, et quinque vel sex diebus post Masudus perfecte reconvaluit. Ex chronico Hafisi Ebru discimus, illo anno (CCCCXXV) quum Masudus ad Ahmedum Benaltheginum coercendum copias misisset, eas cum Benalthegino multa proelia pugnavisse atque eo tandem rem pervenisse ut Ahmedus Benaltheginus ipse mortem sibi consciscceret, quod an verum sit, Deus novit. In libro Kamil eththewarich narratur, praesidem arcis Sirsiae, quum Masudus illam arcem obsideret, Sultano eas pacis conditiones misso legato obtulisse, ut ille Radscha non solum confestim magnam pecuniae summam daret verum etiam quotannis tributum, quod definiendum esset, praestaret. Cui pacto quum Sultanus annuisset, Radscha Sirsiae in arce sua aliquot mercatores Moslemicos cepit atque ab illis extorsit pecuniam Sultano oblatam, quam deinceps transmisit. Quae res quum a mercatoribus Masudo indicata simulque nunciatum esset, Indos adeo ad incitas esse redactos, ut ipsis, ubi Sultanus quinque vel sex tantum diebus moraturus esset, arce omni supellectile relicta esset egrediendum atque a bello et pugna obstinendum: Masudus pacto pacis soluto iussit milites suos fossam arcis arundine saccharifera, quae in illa regione frequens erat, complere atque ascensis muris omnes qui in arce essent obtruncare. Moslemi mulieres liberosque in captivitatem rapuerunt magnaque praeda potiti sunt. Una ex illis urbibus Indicis, quae Masudo imperante captae sunt, fuit Narsiae civitas, atque illae copiae quas Mahmudus ad illam urbem expugnandam in Indiam proficisci iusserat, eo tempore quo Sultanus vivis excessit adhuc in itinere erant. Quibus Masudus alias copias in auxilium submisit adeo ut illius exercitus, cui propositum esset Narsiam celeberrimam Indiae urbem quam vexilla Islamica nondum attigissent expugnare, numerus usque ad centum millia equitum augeretur. Atque illius urbis tanta a rerum scriptoribus perhibetur fuisse amplitudo, ut Ibn Katsiro Syro auctore illi centies mille equites totam noctem diemque in spoliandis basaris unguentariorum et gemmariorum consumerent neque in aliam urbis partem unus equus perveniret. Longitudo urbis notam apud Indos itineris diurni mensuram aequabat, cuius quidem rei fides sit penes auctorem. Atque in altero illorum quae diximus basarorum tantam auri argentique et gemmarum copiam Moslemi praedati sunt ut eam numerare non possent neque his rebus maius quam aeri pretium statuerent." Eam arcem, quae ab Ibn Haidaro Sirsia appellatur, Ferischthahus Seristhi vel Sersethi (Briggsius p. 102. *Soorsutty*) no-

Anno ccccxxvi Masudus in Tabaristhanum et Dschordschanum copias duxit. Quum in Irako procuratores a Sultano constituti magna auctoritate praevalerent, Abu Sahlus Hamdunensis, qui Raiae Masudi nomine praeerat, Komum et Savam copias misit, quae harum urbium incolas seditiosos (*) ad obsequium reducerent. Illo tempore quum Chorasanum a Seldschukidis mirum in modum vexaretur, purpurati et magnates Sultano, qui e Dschordschano Gasnam reversus in Indiam proficisci decreverat, suaserunt ut in Chorasanum potius ad Seldschukidas coercendos moveret. At ille respondit, se in morbo votum suscepisse, valetudine recuperata arcem aliquam, in quam turba infidelium Indicorum confugisset, destruendi; neque ab hoc consilio destitit, licet quam maxime ipsi dissuaderetur. Itaque in Hindosthanum profectus est. Sultano absente quum Turcomani in Chorasano praevalerent, Alaeddaula Kakuiae filius Abu Sahlum Hamdunensem depulit rerumque ibi potitus est; atque Abu Kalindschar, qui pariter a Masudo defecerat, Tabaristhanum sibi subiecit.

Ann. Ar. 426 inc. 15. Nov. 1034.

p. 105.

Anno ccccxxviii Sultanus Masudus ex Indico itinere tristis re male gesta reversus est, ac Togrulbekus et Dschakarbekus Seldschukidae maximam deinceps Chorasani partem subegerunt. Anni ccccxxx mense Moharrem [primo anni Arabici mense] Masudus Gasna egressus viis et stationibus emensis in Dschusdschanum pervenit. Scilicet illo tempore nefarius quidam homo, scelestorum et profligatorum hominum turba collecta, in vicinia Dschusdschani arcem sibi subiecerat, quam firmissimam et munitissimam esse iudicabat.

Ann. Ar. 428. inc. 24. Oct. 1036.

Ann. Ar. 430 inc. 2. Oct. 1038.

---

minat atque in valle Kaschmirae sitam esse dicit (قلعه سرستی که در درهٔ کشمیر واقعست).

(*) In persicis: „qui pedem in campum rebellionis posuerant."

Qua quidem arce quum Masudus in illam regionem perveniret ille
p. 106. latronum dux se inclusit. At Masudus eum fraude ex arce elicuit ac cum aliis octoginta latronibus ante illam arcem patibulis suspendi iussit. Inde quum Masudus Balchum pervenisset, illius urbis incolae conquesti sunt, Nurtheginum absente Sultano violenter ac superbe egisse, amneque [Oxo] plus semel traiecto caedibus et rapinis saeviisse. Itaque Masudus decrevit hac hieme Nurtheginum debellare, bello contra Seldschukidas in proximum ver dilato. Quo quidem consilio purpurati et Emiri ad dolorem commoti ita verba fecerunt: „Iam biennium est quum Chorasani provincia tributaria Seldschukidarum facta est; atque huius provinciae incolae illius gentis dominationem patienter ferunt. Quare necesse est, ut illam potissimum gentem debelles." At Masudus fato suo abreptus sapientissimo hoc consilio neglecto Oxum traiecit ac contra Nurtheginum profectus est; quo in itinere hiberno nivibus crebris molestatae copiae Gasnicae labores qui verbis enarrari nequeunt exantlaverunt. Interea Masudo nunciatum est, Davidem Seldschukidam Sirchaso egressum Balchum petere. Itaque Sultanus invitus rediit, ac Nurtheginus eius reditu audito copias Gasnevenses persecutus came-
p. 107. los ac mulos aliquot Sultani rapuit. Neque Masudus, quum insignem ex hac expeditione ignominiam reportavisset, damnum sibi a Nurthegino illatum ulcisci potuit.

Postquam Masudus a bello contra Nurtheginum gesto reversus est, inter eum et Seldschukidas multa proelia pugnata sunt, donec ex una pugna Gasnam fuga evadere coactus est; quae res, si per Deum licebit, copiosius in Seldschukidarum historia exponetur.

CAPUT XXI.

SULTANUS MASUDUS GASNAM PERVENIT. INDE IN HINDOSTHANUM PROFICISCITUR. ILLIUS INTERITUS.

Masudus quum rebus vehementer afflictis moestus Gasnam reversus esset, optimatium, quos in bello adversus Seldschukidas negligenter egisse suspicaretur, alios in vincula coniecit, alios interfici iussit. Deinde filium Maududum cum parte copiarum et Abu Nasro Ahmedo filio Mohammedi Abdossamadi vesiro Balchum misit; ipse cum fratre Mohammedo coeco et filiis Ahmedo, Abdorrahmano et Abdorrahimo, multisque familiaribus et amicis in Hindosthanum contendit, eo consilio, ut hieme in istis partibus transacta proximo vere cum innumerabili quem convocare sibi proposuerat exercitu bellum cum Seldschukidis resumturus in Chorasanum proficisceretur. Ann. Ar. 432 inc. 10. Sept. 1040. p. 108.

Postquam Masudus Sindum fluvium traiecit, Nuschtheginus et aliquot satellites Sultani coniuratione facta eam thesauri regii partem quae in altera ripa adhuc haerebat rapuerunt. Tum ad Mohammedum coecum se contulerunt eumque Sultanum salutaverunt. Is quum imperium oblatum repudiaret, satellites ita locuti sunt: „Nostrum quidem in te studium ad defectionem nos compulit; enimvero si imperium oblatum detrectas, nos te interficiemus, aliumque Sultanum renunciabimus;" quumque Mohammedus coecus licet invitus consensisset, satellites cum ipso amnem transierunt atque acie conflixerunt cum Masudi exercitu, quem numero multo inferiorem facile in fugam coniecerunt. Masudus in hospitium quidem publicum, quod in vicinia erat, perfugit, inde autem extractus et ad fratrem perductus est ([143]). Tum Mohammedus ita p. 109.

([143]) Ferischthahus de hac mancipiorum defectione ita refert: چون برباط ماریکاله وبقولی

illi locutus est: ,,Nolo te interficere, immo elige tibi habitationis locum, in quem cum uxoribus et liberis te conferas." Quum Masudus arcem Kabri (144) elegisset, Mohammedus fratrem cum universa familia eo perduci iussit hominesque aliquot ad eius custodiam deputavit.

Ferunt, Masudum quum ad illam arcem perduceretur a fratre pecuniam unde impensas necessarias faceret petivisse, Mohammedum autem mera ex negligentia quingentas tantum drachmas illi misisse. Quam quidem pecuniam quum acciperet, Masudus magna cum tristitia exclamavit: ,,Heri mihi erant pecuniae ter mille iumentorum onera, hodie ne unius quidem drachmae mihi potestas est." Tum ille homo, qui quingentas drachmas ad Mohammedum pertulerat, mille denarios ex sua ipsius re familiari illi praebuit,

---

بآب جیلم که درین زمان بآب بهت شهرت دارد رسیدند بعضی غلامان معتبر از عقب شتران خزانه دوچار شده جمله‌را غارت نمودند درین اثنا امیر محمد بآنجا رسید چون غلامان دانستند که این تعدی پیش نمی رود مگر آنکه امیر دیگر باشد بضرورت نزد امیر محمد رفته اورا بپادشاهی قبول کردند وهجوم نموده بر سر امیر مسعود آمدند امیر مسعود در آن رباط حصاری شد وکوچک وبزرگ لشکر که بایجلا وطن از سفر عند ناراضی بودند امیر مسعودرا از درون رباط ماریکله که نزدیک آب سند است بر آورده پیش سلطان محمد بردند i.e. „Quum (Masudus eiusque comites) ad hospitium Maricaleh (Briggsius p. 111. *Muriala*), aut ut alii tradunt ad amnem Dschilemum qui illo tempore Beheth appellabatur, pervenissent, satellites Sultani camelis qui thesauros domini portarent obviam facti universas opes rapuerunt; atque quum ipso hoc tempore Emir Mohammedus appropinquaret, satellites intelligentes, violentiam commissam pessime successuram esse nisi alium principem constituerent, inviti ad illum Emirum se contulerunt eumque ad suscipiendum imperium hortati sunt. Tum in Masudum, qui in hospitio se munierat, impetum fecerunt. Milites autem inferiores superioresque aegre ferentes quod propter expeditionem Indicam coacti fuissent patria egredi Masudum Emirum in hospitio Maricaleh, quod prope Sindum amnem situm erat, comprehenderunt atque ad Sultanum Mohammedum duxerunt." Cf. Abulfedae ann. mosl. ad a. 432. T. III. p. 112.

(144) Abulfeda l. c. Kendi (کندی) et Kaidi (کیدی); cf. Reiskii annotat. ad hunc locum p. 669. Ferischthahus: Keri (کری). Ibn Haidarus: Beker (بکر).

quae res in magnum deinceps huic homini cessit emolumentum, posteaquam Maududus Masudi filius regiam dignitatem obtinuit.

Mohammedus autem, quum propter visus defectum regnare non posset, filio Ahmedo imperium tradidit neque regiae dignitatis nomen retinuit. Atque Ahmedus, homo vecors et insanus, cum filio Iosephi Ibn Sobokthegini et filio Alii Chavischavendi qui consilii participes et adiutores erant ad arcem (quam Masudus incolebat) insçio patre se contulit patruumque peremit ([145]). Quod facinus Mohammedum vehementer afflixit. Alii tradunt Ahmedum patri persuasisse, ut interfectores ad fratrem Masudum obtruncandum mitteret. Ann. Ar. 433 inc. 30. Aug. 1041. p. 110.

Masudus Sultanatum tenuit novem annis et undecim mensibus ([146]). Erat rex fortis et generosus eximiaeque liberalitatis; eruditorum ac doctorum hominum colloquiis maximopere delectabatur, eosque beneficiis et muneribus ornabat, quam ob rem multi auctores libros suos illi dedicaverunt. Inprimis in eleemosynis largiendis liberalis erat. Ferunt, eum aliquando mense Ramadano millies mille drachmas iis qui beneficiis digni essent (i. e. pauperibus) erogasse. Masudo regnante tot in omnibus imperii provinciis loca sacra, collegia scilicet, templa aliaque huiusmodi aedificia exstructa sunt, ut eorum numerus explicari nequeat.

([145]) Duplex auctoribus Ferischthaho et Ibn Haidaro memoria est de morte Masudi; alii scilicet auctores tradunt eum anno Ar. 433. gladiis ab Ahmedo illiusque adiutoribus interfectum esse, alii narrant eum vivum in puteum detrusum puteumque terra oppletum esse. Ita quidem Ferischthahus de hac re exponit: مسعودرا در سنه ثلث وثلثين واربع مايه به تيغ بيد ريغ بخذرانيد وبعضى گويند زنده در چاهى كرده بخاك انباشتند. Cf. Abulfeda l. c.

([146]) Ferischthahus ex libro Tharich Gusideh: novem annis totidemque mensibus (مدت سلطنت شهاب الدوله مسعود بروايت صاحب گزيده نه سال ونه ماه بود); alii auctores, quemadmodum idem Ferischthahus refert, contendunt Masudum duodecim annos regnavisse.

Masudi interitum Mohammedus coecus Maududo Masudi filio ipse indicavit litteris, quae huius erant argumenti: ,,Aliquot homines patrem tuum Masudum talione occiderunt, cuius quidem rei nullam ego habeo partem." Maududus ita rescripsit: ,,Deus O. M.
p. 111. longam vitam ipsi Emiro concedat, at filio eius vesano mentem sanam largiatur, ut vitam bene instituere discat. Nefandum ille ausus est facinus, quum illius regis, quem ipse princeps fidelium [Chalifa] Regum et Sultanorum dominum [Said el moluk wasselatin] appellare dignatus est, sanguinem effudit; at vero huius sceleris vindicta ipsum cito assequetur, quandoquidem [uti Deus in Corano loquitur] scelesti intellecturi sunt, quale ipsos maneat exitium."

Post caedem Masudi imperium vacabat; nam Mohammedo eiusque filiis neque apud milites, neque apud cives ulla auctoritas erat. Illo tempore universa bona et mancipia incolarum Berschavedi, regionis late patentis, rapiebantur, adeo ut in illa provincia, quamvis mancipium pariter ac mennum vini uno denario veniret, homines tamen vinum quam mancipium hoc pretio emere mallent.

CAPUT XXII.

BELLUM A MAUDUDO MASUDI FILIO ADVERSUS PATRUUM MOHAMMEDUM MAHMUDI FILIUM GESTUM. MAUDUDUS IMPERIO POTITUR.

p. 112. Maududus caede patris comperta Balcho egressus Gasnam
Ann. Ar. 433 inc. 30. Aug. 1041. movit ([147]); ac Mohammedus pariter ex regionibus Sindi in provinciam Gasnensem profectus est. Ibi proelium inter utrumque

([147]) Auctore Ferischthaho Maududus constituerat post litteras patruo scriptas confestim Sindi amnis oras petere patrisque caedem ulcisci; verum ab hoc consilio Abunasrus Ahmedus eum avertit illique persuasit, ut Gasnam contenderet, ubi ab incolis summo cum honore est exceptus (ومتعاقب نامه خواست كه بقصد انتقام بجانب ماربكاه نهضت نمايد ابو نصر

exercitum est commissum ([148]), quo Maududus reportata victoria Mohammedum cum eius filiis, Nuschtheginumque Balchensem omnium malorum auctorem, et Alii Chavischavendi filium ([149]) cepit, quos omnes praeter Abdorrahimum Mohammedi filium interimi iussit. Ut hunc solum ab illo exitio eximeret, haec res Maududum permovit. Eo tempore, quo Masudus carcere inclusus est, quum eius ex fratre nepotes Abdorrahmanus et Abdorrahimus ad visendum patruum venissent, Abdorrahmanus cidarim Masudi capite detraxit; at Abdorrahimus illam fratris manu erreptam patrui capiti rursus imposuit, multis duris verbis Abdorrahmanum propter hanc petulantiam increpans. Quod unum factum laudabile tantum valuit ut Abdorrahimus necem evaderet; sed Abdorrahmanus cum reliquis ipse se perdidit. [Nam recte versu dicitur]:

Qui quidem urbanitatem negligit ipse solus hoc sibi male cessurum esse non iudicat;
Verum ignis [poenae] omnibus in partibus ferit (occidit) ([150]).

احمد بن محمد بن عبد الصمد اورا از آن عزیمت باز داشته بغزنین برد مردم غزنین چه باستقبال شتافته موافقت نمودند).

([148]) Ferischthahus: وثلثين (lege ثلث; in margine alter. cod. corrigitur اربع) در سنه اثنی واربع مایه [مودود] از غزنین بر آمد ومحمد مکحول پسر کوچک خودرا سپهسالار پیشاور وملتان گردانیده در حوالی آب سند باستقبال مودود شتافت ودر دشت دینور میان عم وبرادر زاده نابرده قتال اشتعال یافت i.e. „Anno CCCCXXXIII Maududus Gasna egressus est, atque Mohammedus coecus, postquam filium suum natu minimum (Briggsius p. 116. addit: *the prince Namy;* Dow p. 96.: *his younger son Nami*) praesidem Pischaweri et Multhani constituit, in regionibus ad Sindum amnem sitis Maududo occucurrit. Proelium inter patruum fratrisque filium in deserto Dinur (Dow: *the forest of Diner;* Briggsius: *at Duntoor*) commissum est." Ab Ibn Haidaro hoc proelium eodem anno quo Masudus peremtus esset pugnatum esse commemoratur, scilicet anno CCCCXXXIII.

([149]) Ferischthahus addit: „et Solimanum filium Iosephi."

([150]) Non inficior hos versus mihi parum placere; an alius sensus elici possit, videant peritiores. Fortasse alterum hemistichium ita vertendum est: „in omnibus autem partibus ignem protrudit (sive ex lectione codicis D. seminat)," i. e. maximorum ubique malorum auctor est.

Postquam scelesti isti homines meritam delictorum poenam luerant,
p. 113. Maududus in illo loco, ubi hac victoria potitus erat, urbem cum hospitio publico exstruxit, quam Fethhabadum [victoriae urbem] appellavit (151). Deinde Gasnam rediit, thronoque sibi vindicato Abu Nasrum Ahmedum Mohammedi Abdossamadi filium in vesiratu confirmavit. Imperabat deinceps cum iustitia et aequitate, ac subditis mitem se praebebat et placidum; neque quispiam sollicitudinem ipsi adferebat praeter fratrem Madschdudum, qui a patre Masudo in Hindusthanum missus Multhanum aliasque provincias subegerat eamque ob causam numerosis copiis praeerat. Is nuncio
Ann. Ar. 433 inc. 30. Aug. 1041. de patris caede accepto imperium affectavit (152). Quod quum nunciatum esset Maududus, priusquam huius seditionis ignis in flammam erupisset, fratrem coercere constituit. Nec Madschdudus cunctatus est magno cum exercitu provincia sua egredi ac Lahoram
1. Aug. 1042. proficisci (153); ubi quum festi Adha (154) appellati celebrandi ergo subsisteret, tertio festi die in tentorio suo exanimis inventus est;

---

(151) Addit Ferischthahus, Maududum loculos qui cadavera patris et fratrum continerent ex arce Keri Gasnam portari iussisse (وتابوت پدر وبرادران خودرا بفرمود تا از کری بغزنین آوردند).

(152) Madschdudum audita patris caede ex Multhano Lahoram profectum esse et instinctu Aiasi Chassi universam regionem a Sindo amne usque ad Hanesiam et Thahnesirum sibi subiecisse, Ferischthahus tradit (مجدود بن مسعود باظهار سلطنت بعد از قضیهٔ پدر از ملتان بلاهور رفته باستظهار ایاز خاص از آب سند تا هانسی وتاهنسیر کما هو حقه ضبط کرد).

(153) Ferischthaho auctore Madschdudus urbe Hanesia, quam Dehliae civitatis oppugnandae ergo sedem regni sui constituerat (که در آنجا جهت تسخیر دار الملک دهلی توطن اختیار کرده), egressus fratri Maududo occucurrit sextoque mensis Dsulhadscha die anni 433 (26. Iul. 1042) Lahoram pervenit.

(154) Ferischthahus: „prima luce diei festi Kurbani (صبح روز عید قربان)". Festum Kurbani sive Adha celebratur a Moslemis decimo die mensis Dsulhadscha qui est ultimus anni Arabici mensis.

quae eius mors qua ratione contigerit, palam non est factum (155). Tum Hindusthani quidem ea pars, quam Masudus tenuerat, Maududo se subiecit, terraeque Transoxanae reges huius Sultani foedus et tutelam expetiverunt; Seldschukidae vero in rebellione perstiterunt. p. 114.

Anno ccccxxxv Maududus summum militiae suae praefectum (156) cum copiis bene instructis in Chorasanum misit, cui Dschakarbegus filium suum Alparslanum obvium proficisci iussit. Is Gasnenses acie devicit ac Gasnam fugere coegit. Eodem anno Turcomanorum Seldschukidarum caterva in Kermesirum et Kandaharum impressionem fecit illasque regiones depopulata est; copiae vero, quas Maududus ad illos depellendos Gasna egredi iussit, proelio acerrimo apud Bosthum commisso Turcomanos in fugam coniecerunt eorumque plurimos aut obtruncaverunt aut ceperunt. Ann. Ar. 435 inc. 9. Aug. 1043.

Eodem anno nonnulli reges Indici (157) viribus iunctis numeroso cum exercitu Lahoram obsederunt. Fidelibus qui ibi erant subsidium expetentibus Maududus copias quidem submisit, sed priusquam illae Lahoram pervenirent, discordia inter reges Indicos qui urbem oppugnabant exorta obsidio soluta est (158), atque Indi

(155) Addit Ferischthahus, etiam Aiasum his diebus mortuum esse (وایاز نیز در آن چند روز وفات کرد). Abulfeda (Annal. mosl. T. III. p. 166.) Aiasi mortem ad annum 449 refert addens eas quas cum Mahmudo habuerit res in vulgus notus esse (وله مع محمود اخبار مشهورة).

(156) Nomen illi erat Astheginus Hadschib (ازتکین حاجب), quod ex Ferischthaho novimus, qui hanc rem gestam ad a. 434 quemadmodum etiam Ibn Haidarus refert.

(157) „Tres potentissimi Indorum Radschae", ait Ibn Haidarus (سه بزرگ از راجهای هند). Erat inter illos Radscha Dehliae; vid. Ferischthahus (Briggsius p. 118-120.), qui copiosius de hoc bello exponit.

(158) Quae auctore Ferischthaho per septem menses continuata erat.

p. 115. partim cum Lahorensibus pacem composuerunt, partim in patriam repedaverunt. Tum Lahorenses a caterva quae Maududo se subiecerat adiuti barbaros persecuti sunt; atque Indi, etsi quinque millia equitum et octoginta quinque millia peditum essent, in arcem amplam et altam montemque praefractum et difficilem confugerunt. Moslemi monte undique cincto hostes noctu et interdiu impugnaverunt, plurimisque Indorum interfectis eos qui gladium evaserant pacem petere atque arcis deditionem offerre coegerunt; quumque Moslemi negarent se pacem concessuros esse, nisi ab Indis omnes quas tenerent arces traderentur, hostes imbecillitate sua et pusillanimitate adducti sunt, ut universas arces suas traderent. Qua insigni Moslemorum victoria divulgata omnes reliqui Indorum reges se subiecerunt, Moslemique cum immensa praeda et quinquies mille Moslemis captivis, quos in arcibus infidelium inventos in libertatem restituerant, Lahoram redierunt.

p. 116.

CAPUT XXIII.

OBITUS MAUDUDI FILII MASUDI, NEPOTIS SULTANI MAHMUDI.

18. Dec. 1049. Ann. Ar. 441 inc. 4. Iun. 1049. Vigesimo die (*) mensis Redscheb [qui septimus est anni Arabici mensis] anni CCCCXLI Maududus filius Masudi, rex Gasnae, diem supremum obiit. Quippe quum hoc anno reges vicini ad opem Maududo et copiis et pecunia ferendam consensissent eo consilio, ut Seldschukidae Chorasano expellerentur, Maududus medio 13. Dec. mense Redscheb magno cum exercitu Gasna egressus in prima protinus statione ([159]) morbo colico correptus est; qui eum coegit

(*) Ferischthahus: quarto et vigesimo mensis Redscheb die (در بیست وچهارم رجب) = 22. Dec. 1049.

([159]) Ferischthahus: „quum in partes Sidschawendi et Lahukerae pervenisset, ad arcem Saneguth se contulit eo consilio ut thesaurum ibi servatum auferret, atque forte evenit, ut in

Gasnam redire et vesirum suum Abdorrisakum Ahmedi filium Maimendium (160) in Sisthanum mittere, quam quidem provinciam Seldschukidae cum exercitu invaserant. Morbo ingravescente postquam Maududus Gasnae exspiravit, eius quidem filius (Masudus) (161) imperio potitus est; sed aliquot diebus post purpurati Alium (162) Masudi filium Sultanum constituerunt illique iuramentum praestiterunt. Neque ille imperium diu tenuit, ab altero fratre Abdorreschido regno pulsus. Scilicet Maududus inter initia regni fratrem Abdorreschidum in arce aliqua inter Bosthum et Gasnam (163) sita carcere incluserat. Prope hanc arcem castris positis vesirus (Abdorrisakus) quem Maududus in Sisthanum miserat, quum nuntium de morte Sultani accepisset, Abdorreschidum carcere illico extraxit copiasque ad iuramentum illi dicendum excitavit; nec copiae abnuerunt illi parere. Inde vesirus Abdorreschidum Gasnam duxit (164); quumque Abdorreschidus ad hanc urbem ap- p. 117. Ann. Ar. 443 inc. 14. Maii 1051.

---

illa arce morbo colico implicaretur qui in dies magis magisque praevaluit (چون بنواحی سجاوند ولپوکر رسید بر قلعهٔ سانکوت رفت تا خزانه که آنجا است بردارد اتفاقا در آن قلعه بیماری قولنج بهم رسانیده روز بروز آن مرض قوت گرفت).

(160) Successerat ille in vesiratu Abulfathaho qui anno Ar. 436. fato functus est. Briggsius pag. 121.

(161) Vid. Ferischthahi historia ex interpretat. Briggsii T. I. p. 127., ubi hae res paullo accuratius explicantur.

(162) Ferischthahus (apud Briggsium p. 127.): Abulhasanum Alium, qui imperium assumsit die Veneris primo die mensis Schabani (29. Dec. 1049) atque viduam Maududi filiam Dschakarbegi uxorem duxit.

(163) Ferischthahus: „inter Bosthum et Asferarum (میان بست واسفرار).

(164) Ferischthahus hanc rem ita exponit: عبد الرزاق بن احمد میمندی در اثناء راه خبر وفات مودود شنیده فسخ عزیمت سیستان نمود وبقلعهٔ تکیناباد در آمده چند گاه در آنجا مقام کرد وباتفاق خواجه ابو الفضل رشید بن التونتاش حاجب ونوشتکین حاجب خورخیم در اواخر سنه ثلث واربعین واربعمایه عبد الرشیدرا که سلطان مودود

propinquaret, Alius Masudi filius fuga confestim evasit fratrique thronum reliquit (165). Abdorreschidus autem erat homo stolidus et socors imperioque recte et strenue administrando prorsus impar.

CAPUT XXIV.

TOGRILUS NEFANDUS HOMO TRUCIDAT ABDORRESCHIDUM CUM PLERISQUE POSTERORUM IEMINEDDAULAE MAHMUDI. IPSE DEINCEPS PARITER SUPPLICIUM SUBIT.

Togrilus cubicularii officium administrabat ac tanta apud Maududum Masudi filium valebat gratia ut Maududus eius sororem in matri-
p. 118. monium duceret. Iste homo iam Maududo quidem suaserat, ut copias in Chorasanum ad coercendos Seldschukidas mitteret; sed Abdorreschidus demum, postquam rerum potitus est, victus instanti eius flagitatione mille equites ipsi concessit ad Seldschukidas Sisthano expellendos. Atque Sisthani provinciam eo tempore Abulfaslus Namius nomine Davidi Seldschukidae administrabat in arce Taki sedem habens. Ibi Togrilus impressione facta Abulfaslum obsedit simulque conatus est huic homini persuadere, ut Abdorreschido se submitteret. Quod quum ille abnueret atque obsidio in longum produci videretur, Togrilus illa arce relicta castra movit atque Sisthanum pro-

---

نیز در حین فوت بسلطنت او وصیت کرده بود ار حبس بر آورده بپادشاهی برداشت وکوچ بر کوچ روانه غزنین گردید i. e. „Abdorrisak filius Ahmedi Maimendi in ipso itinere quum mortem Maududi comperisset ab expeditione in Sisthanum suscipienda destitit atque ad arcem Theginabad se contulit, ubi aliquamdiu moratus consentientibus viro illustri Abulfaslo Reschido filio Althunthaschi cubicularii et Nuschthegino cubicularo Chererchiro extremo mense anni 443 (Aprili et Maio anni 1052) Abdorreschidum, quem etiam Sultanus Maududus brevi ante obitum tempore haeredem regni sui instituerat, ad imperium evexit atque celeriter Gasnam festinavit."

(165) Auctore Ferischthaho Alius comprehensus atque in arce Dendiru (دندی رو) carcere inclusus est. Briggsius p. 132.: *Didiroo.*

gressus una parasanga ab isto oppido in insidiis consedit, ut illud ex inopinato opprimeret. Quum vero Bigvius Seldschukida, cuius auxilium Abulfaslus imploraverat, cum ipso Abulfaslo [copias Gasnenses] persequens appropinquaret, Togrilus cum militibus consultavit, utrum pugna an fuga potior esset. Omnium sententia eo rediit, quod in illo discrimine quod subiissent nulla alia salutis via esset, nisi morti se committere et gloriosam mortem turpi fugae praeferre, quia Gasna procul abesset suaque paucitas aeque atque p. 119. hostium multitudo manifesta esset. Itaque animo morti destinato Bigvium adorti Turcas loco pepulerunt, ac Togrilus duas fere parasangas barbaros persecutus est. Deinceps reversus urbem Sisthani expugnavit, atque hunc prosperum eventum Abdorreschido nuncians novas copias postulavit quibuscum Chorasanum peteret. Abdorreschidus igitur quum lectissimos equites Sisthanum misisset, Togrilus plenariam in illa urbe potestatem usurpavit atque universa provincia subiugata cum familiaribus de bello adversus Sultanum movendo consilium habuit; mox omnibus consentientibus Abdorreschidum regno pulsurus sibique imperium arrogaturus Gasnam movit. Quum quinque parasangis ab urbe abesset, Abdorreschidus de eius perfidia et fraude certior factus cum tota familia in arcem Gasnen- p. 120. sem profugit, urbem ipsam Togrilo relinquens. Qua capta Togrilus legatos ad arcis praesidiarios misit eosque pollicitationibus minisque ad Abdorreschidum tradendum impulit. Tum nefandus ille homo Abdorreschidum cum omnibus, qui in ipsius manus inciderant, Mahmudi posteris trucidari iussit, praeter tres, quos perimere non potuit, quia in arce aliqua carcere detinebantur. Mox filiam Masudi filii Mahmudi advocavit invitamque imperium assumere coegit (166),

(166) Eodem Ferischthaho auctore Togrilus novem (ﻁ) ex Mahmudi posteris interemit at-

ac litteris Cherchirum (167), hominem principibus Gasnevidis fidelissimum, qui tunc ab Abdorreschido numeroso cum exercitu in Hindosthanum missus erat, rogavit ut ea quae facta essent probaret. At ille tristi Abdorreschidi interitu ex illis litteris comperto vehementer indignatus durissimis verbis respondit, simulque litteris et Masudi filiam hortatus est ut omnes artes adhiberet ad Togrilum pellendum perdendumque, et copiarum ducibus praefectisque facilitatem in tolerandis scelestis Togrili conatibus acerbe exprobravit.
p. 121. Ea re Togrili adversariis adeo animus crevit, ut robusti aliquot et
20. Mart. 1053. intrepidi homines coniuratione facta quadam die (168), qua impius ille ac perfidus homo in throno sedens omnes ad se admitteret, eum aggrederentur gladiisque conficerent, quo facto vehemens excitatus est tumultus. Quum vero Cherchirus aliquot diebus post caedem Togrili Gasnam pervenisset, optimates et magnates ad consilium convocati deliberaverunt, quisnam ex superstite Sobokthegini prole imperio dignus esset; creatus igitur est Sultanus Ferochsadus Masudi filius (169), qui in arce quadam vinculis detinebatur.

---

que Masudi filiam vi ad matrimonium secum iungendum coegit. Briggsius p. 132. Vid. Abulfedae ann. mosl. ad a. 444 T. III. p. 138. 140.

(167) Est ille idem Nuschtheginus cubicularius Chererchirus, cuius Ferischthahus in eo loco quem in annotatione 164 exhibuimus mentionem facit. Infra idem a Ferischthaho Chirchir (خيرخير) appellatur. Cherchirus eodem Ferischthaho auctore postquam Lahoram pervenit arcem Nagarguthi quam Indi subegerant post quinque vel sex dierum obsidionem recuperavit (واو بدانجا رفته نكركوت‌را كه در فترات سابق كفار متصرف شده از دست ايشان بر آورد در مدت پنج شش روز). Vid. Abulfeda l. c. p. 140.

(168) Ferischthahus: „Die Newrusi Sultanici (در روز نوروز سلطانی)" i. e. aequinoctio verno, quo Persae solennes festivitates celebrare solent. Vid. Ideleri Lehrbuch der Chronologie (Berol. 1831. 8.) p. 492.

(169) Ferischthahus hoc loco Ferochsadum appellat Ferochsadum Ibrahimum Schadschaam (فرخزاد ابراهيم شجاع), in titulo capitis sequentis ei cognomen tribuit Dschimal eddaulae

CAPUT XXV.

IMPERIUM SULTANI FEROCHSADI FILII MASUDI, NEPOTIS MAHMUDI.

Quum igitur Cherchirus eo tempore quo Togrilus peremtus est Gasnam venisset, Ferochsadus ex arce [ubi vinculis detinebatur] protractus solioque Sultanatus impositus est. Cherchirus vero summam rerum administrans cuncta sapienter constituit ac studiosa perquisitione effecit, ut omnes qui ad occidendum Abdorreschidum operam suam collocavissent, caperentur supplicioque traderentur. p. 122. Quam rerum in imperio et dominatione Gasnevidarum conversionem quum Davidus Seldschukida comperisset, ille cum exercitu protinus Gasnam petiit. At Cherchirus cum copiis suis obviam profectus concursu facto Davidum in fugam pepulit, omniaque Turcomanorum impedimenta a Gasnensibus direpta sunt. Ita

---

(فرخزاد جمال الدولة). De Abdorreschido et Togrilo haec addit idem auctor: مدت سلطنت عبد الرشید چهار سال بود در طبقات ناصری آورده که از طغرل کافر بعمت پرسیدند که از چه رو طمع در ملک وسلطنت کردی گفت وقتی که سلطان عبد الرشید مرا بسیستان می فرستاد ودست بر دست من نهاده عهد میکرد در آن اثنا چنان خوف بروی غالب شد که دست او بلرزه آمد دانستم که این مرد شایستهء پادشاهی نیست پس طمع در ملک نموده بآن رسیدم

مصراع

سلطنت گرچه یک لحظه بود مغتنم است

سلطنت عبد الرشید کمتر از یکسال بود i. e. „Quattuor annis Abdorreschidus imperium tenuit. In libro Tebekathi nasiri traditur, Togrilum impium, quum interrogaretur quid illum impulisset ad regnum imperiumque affectandum, haec respondisse: Eo tempore quo Sultanus Abdorreschidus, quum in Sisthanum me proficisci iussisset, manu sua meae manui imposita novum officium mihi commisit, ille tanto pavore occupatus erat, ut manus eius tremeret; itaque arbitratus, hunc hominem ad imperium administrandum aptum non esse, imperium affectavi neque spe frustratus sum. Quippe versu dicitur: Imperium, etiamsi momento tantum illud obtinuit, occupavit tamen. Eiusdem libri auctor docet, Abdorreschidum ne annum quidem integrum regnavisse."

Ferochsadus in imperio confirmatus magno exercitu contracto in Chorasanum movit. Seldschukidae quidem Kolsarekum praecipuum emirum suum cum numerosis copiis Ferochsado obviam miserunt; proelio vero commisso relictus a suis militibus qui fugam capessiverunt Kolsarekus cum pluribus aliis emiris in captivitatem incidit. Quam quidem cladem ut vindicaret, Alparslanus [Davidi filius] patris iussu Gasnenses adortus est, victoriaque potitus aliquot ex praecipuis hostium ducibus cepit. Sic quum Ferochsadus res suas constitutas videret, ille Kolsarekum vestibus pretiosis donatum in libertatem remisit, quod ut rependerent etiam Seldschukidae captivos Gasnenses relaxaverunt.

Ann. Ar. 450 inc. 27. Febr. 1058.

Ferochsadus post sex annorum imperium in ipso aetatis flore hoc mundo perituro excessit([170]), fratremque [Ibrahimum] in imperio successorem habuit.

([170]) Adduntur a Ferischthaho quae sequuntur: وسلطان فرخزاد كه بروايت روضه الصفا ولد مسعودست وبقول حمد الله مستوفى پسر عبد الرشيد مدت شش سال پادشاهى كردى در سنه خمسين واربع مايه بواسطهء عارضهء قولنج روى بعالم عقبى آورد وقبل ازين بيك سال غلامان او در وقتى كه در حمام بود قصد بر كشتن او نموده بحمام در آمدند بران حال اطلاع يافته شمشير بدست آورد وآنقدار زمان بمدافعت ومانعت مشغول گشت كه مردم خبر يافته بحمام در آمدند وآن غلامانرا بقتل رسانيدند وبعد ازين قضيه هميشه سلطان فرخزاد ذكر موت ميكرد ودنيارا تحقير ميفرمود تا آنكه در آن سال داعى حقرا اجابت نمود وزيرش در اوايل حسن بن مهران بود ودر اواخر ابو بكر صالح i. e. „Ferochsadus, qui ex sententia auctoris Rewseh essefa (Mirchondi) filius erat Masudi, ab Hamdulla Musthewfio vero filius Abdorreschidi fuisse dicitur, post sex annorum imperium anno 450 morbo colico exstinctus ad vitam aeternam transiit. Anno ante quam mortuus est mancipia quae eum perimere constituerant balneum ubi ille esset intraverunt; at Sultanus eorum consilio intellecto gladium arripuit ac tamdiu se defendit, donec homines sui de periculo in quo dominus versaretur certiores facti balneum ingressi sunt nefariosque illos homines trucidaverunt. Ab illo inde tempore Ferochsadus mortis memor hunc mundum contemtui habuit, donec eo anno quem diximus fato suo functus est. Eius vesirus fuit initio imperii Hasanus filius Mihrani, extremis annis Abubekrus Salihus." Etiam Abulfeda (Ann. mosl. T. III. p. 182.) Ferochsadum Masudi filium fuisse docet; idem auctor huius Sultani mortem ad annum 451 (inc. 16. Febr. 1059) refert.

CAPUT XXVI.

p. 123.

IMPERIUM IBRAHIMI FILII MASUDI, NEPOTIS MAHMUDI AC PRONEPOTIS SOBOKTHEGINI.

Ibrahimus (171) erat princeps iustus, pius et prudens. Mensi Ramadano ieiuniis dicato addebat Redschebum et Schabanum, adeo ut ternis quotannis ieiunaret mensibus (172). Is pacem cum Seldschukidis composuit, qua cautum est ne altera pars alterius ditionem infestaret, ac diplomati, quod de hoc pacto exaratum est, utriusque partis magnates nomina sua subscripserunt (173). Ann. Ar. 450. Chr. 1058.

Ita re cum Seldschukidis composita Ibrahimus filius Masudi copias in Hindosthanum duxit, ibique multa loca expugnavit quibus maiores sui potiri non potuerant. Ex illis erat arx quaedam, sita in extremis Hindosthani finibus atque exstructa in monte excelso, qui altera ex parte oceano alluebatur navium ibi prorsus impatiente, altera ex parte silva muniebatur tam spissa, ut per arborum ramos radiis solis via non pateret (174). Inerant arci Ann. Ar. 470 inc. 3. Iul. 1079.

---

(171) Ferischthahus: ظهير الدوله ابراهيم.

(172) Vid. Abulfeda l. c. Ferischthaho auctore Ibrahimus semel in anno Imamum Iosephum Sedschawendensem ad se vocare solitus eius admonitionem patienter auscultabatur, neque umquam eximii illius Imami acerbam obiurgationem aegre ferebat; quae quidem res in libro Dschami elhikeiath traditur (وچنانچه در جامع حكايات مسطورست هر سال يك مرتبه امام يوسف سجاوندیرا در مجلس خود حاضر ساختی واو بوعظه گفتن مشغول گشتی ومردمرا پند دادی وبسلطان ابراهيم بی محابا سخنان گفتی واو از درشتی آن امام يگانه آزرده نگشتی).

(173) Ferischthaho auctore haec pax composita est primo quo Ibrahimus imperavit anno.

(174) Sultanum Ibrahimum anno 470 (Briggs 472) in Indiam profectum esse, ac primum arcem Adschudhen nunc Pattani i. e. civitas (पत्तन) Scheich Ferideddini Schukrgendsch appellatam (اجودهن كه حالا معروف به پتن شيخ فريد الدين شكر گنج است) centumque Kuruhis (ducentis milliaribus anglicis) Lahora distantem, deinceps eam arcem, cuius Mirchondus mentionem facit, Rupal (روپال) nominatam expugnavisse, Ferischthahus auctor est.

elephantes qui montes magnitudine aequabant et Indi gigantium
p. 124. formas referentes. Incolarum numero, apparatu bellico, munimentorumque firmitate haec arx omnes alias praecellebat; ad illius enim fundamenta nemo pedem sistere illamque impugnare poterat. Ibrahimus hanc arcem obsidione cinctam, licet firmissima esset, Deo auxiliante expugnavit, multisque cum spoliis Gasnam imperii sedem rediit.

Erat in extremis Indiae habitatae oris regio quaedam, ubi consederant posteri illorum Chorasani incolarum, quos pristina aetate Afrasiabus Turca solo natali exturbaverat. Incolebant illi urbem munitissimam et firmissimam ([175]), cuius cisterna dimidiam parasangam ambitu aequans numquam tantam ut sub oculos caderet aquae deminutionem patiebatur, etsi homines quadrupedesque ex illa cisterna biberent. Reges Indorum quum existimarent hanc urbem expugnari non posse, numquam eam tentaverant. Sultanus Ibrahimus vero acie disposita oppidanos superavit multosque eorum occidit, reliquos dispersit et centum fere millia ex infidelium ([176])
p. 125. mulieribus et liberis in captivitatem ducens Gasnam reversus est.

Huius quidem arcis situm Ferischthahus postquam iisdem fere verbis quibus Mirchondus descripsit, addit idem de nemore (جنگل) quod illam arcem ab altera parte circumdabat, haec: وبر اکثر درختان مارهای زهردار مسکن داشتند i. e. „in plerisque arboribus serpentes venenati habitabant."

([175]) Quae quidem urbs Dereh (i. e. vallis) appellabatur, id quod Ferischthahus tradit (ودره نام داشت). Idem auctor narrat Ibrahimum arce Rupal expugnata continuo ad illam urbem castra movisse.

([176]) Ferischthaho auctore hi homines cum exteris matrimonia non iungebant ipsique idolorum cultui ac praevaricationi indulgebant (وبا بیگانه پیوند ووصلت نمیکردند وبعبادت اصنام وفسق بر دوام مشغول بودند). De huius urbis obsidione haec tradit idem auctor: واز کثرت جنگل که دور آن قلعه وشهر بود راه آمد شد مربّی نمی گردید وملوک هند بسبب آنکه استیلا بر آنجماعت از جملهٔ محالات میدانستند متعرض ایشان نمی شدند

Alio tempore Ibrahimus quum comperisset, inter duos maris Indici sinus habitare gentem idolorum cultui omnique nequitiae addictam, eo statim numeroso cum exercitu proficisci constituit. Quo in itinere quamquam innumeri montes pleni arboribus implicatis transeundi erant, nihilominus Sultanus emensis viis et stationibus ad illam regionem pervenit; ubi quum tribus mensibus prope horum infidelium sedem stativa haberet, pluviae crebrae multas molestias Gasnensibus intulerunt. Postremo Dei O. M. ope Sultanus hostes verae religionis subegit superavitque (177).

سلطان ابراهیمرا در راه عقبات بسیار پیش آمده چون بآن جنگل رسید چندین پیاده تیردار پیش انداخت تا آن درختانرا از راه قطع میکردند ولشکر ورجالهٔ اردو بفراغت گذر میکردند وباین طریق چون بحدود آن شهر رسیدند موسم باران هند شد بواسطهٔ ان سه ماه متوالی قریب بمستقر آن کفار توقف نمودند از ممر کثرت بارندگی محنت بسیار کشیدند وبعد از انصرام باران بکنار شهر رفته نخست کسان فرستاده ایشانرا دعوت بر اسلام کرد چون اجابت نکردند بکارزار در آمده جبرا وقهرا مسخر ومفتوح ساخت i. e. „Propter nemoris quo arx atque urbs circumdatae erant densitatem nulla eundi redeundique via conspicua erat, quapropter reges Indici urbem expugnari non posse iudicantes numquam eam tentaverant. Ibrahimus, quum multis molestiis fatigatus in hanc regionem venisset, pedites sagittarios praemisit qui arboribus excisis viam aperirent; quo facto copiae calonesque sine molestia pertransierunt. Sed quum ea tempestate, qua Ibrahimus ad illam urbem pervenerat, annuum in India pluvium tempus ingruisset, propter crebros imbres Moslemi tribus mensibus integris in vicinia sedis infidelium commorantes multa incommoda sustinuerunt. Postremo cessante pluvia urbem aggressi primo incolas ad Islami sacra amplectenda invitaverunt; quod quum illi obnuerent, oppugnatio coepta urbsque vi et impetu expugnata est."

(177) Huius quidem obsidionis Ferischthahus meminit, verum apparet ad illam pertinere ea quae in superiori annotatione a nobis altero loco posita sunt Ferischthahi verba. Haec expeditio fortasse est illa, cuius Abulfeda (Ann. mosl. T. III. p. 247.) ad a. 472. (inc. 3. Iul. 1079) mentionem facit.

CAPUT XXVII.

OBITUS SULTANI ABULMODAFFERI IBRAHIMI FILII MASUDI, ET IMPERIUM MASUDI, QUI ILLIUS FILIUS ERAT.

Ann. Ar. 481 inc. 26. Mart. 1088.

Anno CCCCLXXXI Sultanus Ibrahimus fato suo functus est (178). Ex nonnullorum annalium relatione triginta annis Sultanatum te-

---

(178) Auctore Ferischthaho Ibrahimus praeter sex et triginta filios genuit quadraginta filias, quas emiris praecipuis et viris doctis eximiis in matrimonium collocavit (وسلطان ابراهیم‌را سی وشش پسر وچهل دختر بود وجملهٔ دختران‌را بسادات عظام وعلماء عالی مقام داد). Eius vesiri fuere initio regni Abu Sahlus Chadschendius (ابو سهل خجندی) et Masudus Rahdschius (رجی), extremo tempore Abdolhamidus (in altero cod. Abdulmadschidus عبد المجید) Ahmedus filius Abdossamadi, quem Abulfaradschus poeta carmine (قصیدهٔ) persico laudavit, cuius initium a Ferischthaho exhibitum est cum brevi notitia de vita huius poetae. Nempe haec sunt Ferischthahi verba: ودر مدح آن وزیر ابو الفرج قصیدهٔ گفته که مطلعش اینست

ترتیب فضل وقاعدهٔ چو دو رسم داد
عبد الحمید (المجید) احمد عبد الصمد نهاد

استاد ابو الفرج معاصر سلطان ابراهیم بود سیستانی الاصل است وبعضی غزنوی نیز گفته اند عنصری شاگرد اوست در زمان دولت ابو علی سیمجور که از امراء سامانیه بوده ظهور یافته ومداح آن خاندانست مردی بغایت متحشم وصاحب جاه بود واز آل سیمجور اکرام وانعام بی پایان بدو عاید شده ودر علم شعر ماهر وصاحب فن است چنانچه نسخه درین باب دارد واکابر رسایل اشعار ابو الفرج‌را باستشهاد می آوردند واوراست

عنقای مغربست درین دور خرمی
خاص از برای محنت وغم زاد آدمی
هر چند کرد صورت عالم بر آمدیم
غمخواره آدم آمد وبیچاره آدمی
هر کس بقدر خویش گرفتار محنت است
کسرا نداده اند برات مسلمی

i. e. „Odae quam in laudem vesiri Abdulhamidi Abulfaradschus composuit hoc est initium: Ordinavit sapientiam ac bonos mores tanquam duas regulas, Abdulhamidus (Abdulmedschidus) Ahmedus Abdulsamadus (eas) posuit. Magister Abulfaradschus aequalis fuit Sultani Ibrahimi, Sisthanensis origine, quamquam alii contendunt eum Gasna oriundum fuisse. Eius discipulus fuit Ansarius. Eo tempore quo Abualius Simdschurus, unus ex emiris Samanidarum, regnabat

nuit, quamquam auctores librorum Tharich Gosideh et Tharich Ben- p. 126.
akethi duos et quadraginta annos illi assignant. Ibrahimus erat princeps iustus fortis et prudens. Ferunt, ante pacem ab Ibrahimo cum Seldschukidis compositam, Sultanum Melikschahum Seldschukidam expeditionem adversus Gasnam decrevisse. Quo Melikschahi consilio comperto Ibrahimus litteras emiris Melikschahi scripsit huius fere argumenti: „Vehementer laetamur, quod Melikschahum ad expeditionem in has partes suscipiendam impulistis. Agite, ut dominus vester quam citissime hoc consilium exsequatur quod efficiet, ut nos omnino ab eo liberemur. Nos eam vobis tribuemus mercedem, ut non solum, quod vobis polliciti sumus, stipendia vestra duplicemus sed praeterea unumquemque vestrum immensis donis et muneribus ornemus." Hasce litteras emiro (Bego) cuidam perferendas dedit, quem iussit rem ita instituere, ut ad Melikschahum quando in venatione esset (quippe ille Sultanus venandi valde studiosus erat) perduceretur. Scilicet Sultanus Ibrahimus vo-

---

Abulfaradschus natus est; itaque prosapiae Simdschuricae laudator exstitit. Erat vir admodum probus et honestus multisque a gente Simdschuridarum ornatus est honoribus ac beneficiis. Artis poeticae erat valde peritus et doctus, adeo ut de illa arte libros composuerit eiusque carmina in praecipuis tractatibus (poeticis) ad confirmandas regulas commemorentur. Unum ex eius carminibus est quod sequitur: Gaudium in hoc mundo non minus pro miraculo (quod raro reperitur) habendum est quam Anka (avis fabulosa), quippe calamitati et moerori addictus est ab homine satus. Etiamsi orbem terrarum circumambulamus, homo (ubique) apparet curis vexatus resque humana afflicta. Unicuique sua aerumnarum portio tributa est neque quisquam immunitatis litteras accepit." Quae Ferischthahus de Abulfaradscho poeta tradit, eadem etiam in Dewlethschahi historia poetarum (تذكره شعرا) leguntur, nisi quod Dewlethschahus de oda in vesiri Abdulhamidi laudem composita plane silet. Cf. Iosephi de Hammer Geschichte der schönen Redekünste Persiens p. 45. Abulfaradschum laudatorem Sultani Masudi Gasnensis anno Hedschr. 482 (inc. 15. Mart. 1089) mortuum esse, in appendice Chronici regum Indiae quod تاريخ نادر زمانی inscribitur (Ms. or. Bibliothecae Berolin. fol. No. 218.) docetur (استاد ابو الفرج مداح سلطان مسعود در سنه چهار صد وهشتاد ودو رحلت نمود).

lebat, ut illae litterae in manus Melikschahi in eo loco pervenirent ubi eius emiri non adessent. Itaque eo tempore quo Melikschahus in oppido Asferari commorans venatum exierat, emirus in
p. 127. illam regionem se contulit atque captus et ad Sultanum perductus est. Tum Melikschaho percunctanti quid rei afferret emirus perplexe respondit. Mox Sultani iussu, ut ad confitendam veritatem adigeretur, flagris caesus, postquam aliquamdiu verbera passus est, litteras exhibuit. Sic re cognita Melikschahus consultius esse iudicavit [rem occultare] neque emiris fraudem et perfidiam exprobrare; atque hac arte Ibrahimus Sultanum Melikschahum ab illa expeditione avertit.

Ferunt, Sultanum Ibrahimum arte scribendi mirum in modum excelluisse singulisque annis Korani exemplum perfecisse ac multis aliis cum muneribus Meccam misisse ([179]).

Mortuo Ibrahimo in regno successit filius Masudus, cognomento Dschelaleddaulae auctus, cui post pacem cum Seldschukidis compositam Ibrahimus filiam Sultani Melikschahi in matrimonium expetivit. Quae res Nizam elmulki opera perfecta eo valuit, ut mutua Gasnensium et Seldschukidarum amicitia usque ad Masudi obitum perduraret. Ceterum Masudus Sultanatum sedecim annis tenuit, nec de illius rebus quidquam commemoratum reperimus, quod in nostro libro explicandum sit ([180]).

([179]) Scilicet alternis annis Meccam Medinamve Ibrahimus quamdiu regnavit exempla Korani a se scripta mittere solebat, adeo ut Ferischthahi adhuc tempore in bibliotheca Mohammedi prophetae plura Korani exemplа ab Ibrahimi manu scripta servari fama esset (ودر ایام سلطنت هر سال یکی مصحف بخط خود باتمام رسانیده یکسال بمکه میفرستاد ویکسال بمدینه گویند تا حال چند مصحف بخط او در کتاب خانهء حضرت رسالت پناه صلی الله علیه وآله وسلم موجود است). Eadem verba apud Ibn Haidarum leguntur.

([180]) Auctore Ferischthaho Alaëddaula Masudus post sedecim annorum regnum extremis

CAPUT XXVIII.

p. 128.

IMPERIUM ARSLANSCHAHI FILII MASUDI, NEPOTIS IBRAHIMI, PRONEPOTIS MASUDI.

Arslanschahus, postquam imperio potitus est (181), fratres suos prehendi et vinculis ligari iussit, atque ex omnibus fratribus nonnisi Bihramschahus evasit, qui in Chorasanum ad Sultanum Sandscharum profugit tunc fratris sui Mohammedi filii Melikschahi nomine illi provinciae praesidentem. Sandscharus legatum quidem ad Arslanschahum misit, qui illum hortaretur ut a vexandis fratribus desisteret et cum Bihramschaho in gratiam rediret; Sultano Gasnensi autem morem gerere abnuente Seldschukida copias Chorasanicas contraxit Gasnamque movit. Quod quum comperisset Arslanschahus, legato in Irakum ad Mohammedum filium Melikschahi misso, de Sultano Sandscharo conquestus est atque tantum quidem effecit, ut Sultanus Mohammedus ad fratrem legatum mitteret, qui expeditionem adversus Gasnam illi interdiceret, sed idem Mohammedus vetuit, ne legatus fratri, ubi iter iam aggressus esset, p. 129. mandata referret. Legatus igitur in Chorasanum perveniens, quum Sultanum Sandscharum iam in itinere deprehenderet, mandata reticuit. Quum Sandscharus Bosthum pervenisset, Abulfaslus Sisthani procurator illi se adiunxit. Arslanschahus de Sandschari adventu

Ann. Ar. 508 inc. 6. Iun. 1114.

---

anni 508 mensibus (i. e. vere anni Chr. 1115) mortuus est. Idem auctor mentionem facit expeditionis quam Masudo regnante Togritheginus (طغرى تكين), summus copiarum in Hindosthano praefectus, in regiones trans Gangem fluvium sitas suscepit, unde magna cum praeda Lahoram rediit. Briggsius p. 143.

(181) In libro Tharich Gosideh appellato contra aliorum auctorum fidem, quemadmodum Ferischthahus tradit, narratur, Masudo filium Kemaleddaulam Schirsadum (كمال الدوله شيرزاد) in imperio successisse et post unius anni regnum anno 509 (inc. 26. Mai 1115) a fratre Arslanschaho interemtum esse. Briggsius p. 144.

certior factus magnum exercitum collegit atque hostibus obviam misit. Atroci proelio commisso Gasnensium alii trucidati sunt, alii fugam capessivere atque etiamsi vitam retinuerunt cum ignominia et dedecore Gasnam reversi sunt. Tum Arslanschahus supplicibus precibus gratiam victoris sibi conciliaturus matrem suam, Sandschari sororem ([182]), cum ducentis millibus denariorum aureorum et multis aliis donis ac muneribus in hostium castra misit. Nec procul aberat, quin Sandscharus regrederetur; at Bihramschahus Arslanschahi erga se iniuriam commemorans simulque exponens quam facile esset Gasna potiri, Sandscharo persuasit ut in itinere pergeret. Quum Sandscharus unam parasangam Gasna abesset, Arslanschahus cum triginta millibus equitum ac peditum et centum ac
p. 130. sexaginta elephantis hosti se opposuit. Conserto inter utrasque copias proelio, quum Abulfaslus Sisthani praeses multa egregia facinora ederet multosque hostium elephantos caperet, Sultanus Sandscharus victoriam reportavit, atque Arslanschahus fugae se com-
25. Febr. 1117. misit. Itaque vigesimo mensis Schawal [decimi Arabum mensis] die anni DX Sultanus Sandscharus Gasnam intravit, copiisque a praeda et latrocinio prohibitis ingentes opes ex thesauro Gasnensi abstulit. Praeter alias res pretiosas quinque rapuit coronas, quarum quaevis bis millies mille denariis aestimabatur, et septemdecim thronos ex solido auro argentoque factos; ephippia et lora auro distincta aliaeque res gemmis splendidis ornatae, quas Sandscharus diripuit, mille et trecentae numero fuerunt. Deinceps Sultanus

([182]) Erat huic mulieri nomen Mehdi Irak (مهد عراق), id quod Ferischthahus hoc loco docet. Eodem auctore illa cum mala fide egit, quippe Sandscharo persuasit, ut Gasnam pergeret ad ulciscendam Arslanschahi violentiam. Briggsius p. 146. Oda, quam illo tempore poëta Abdolwasius in Sultani Sandschari laudem composuit, exhibetur a Dewlethschaho in vita huius poetae. Vid. Iosephi v. Hammer Geschichte der schönen Redekünste Persiens p. 101.

Sandscharus, postquam quadraginta diebus Gasnae moratus est, illius provinciae imperium Bihramschaho tradidit domumque rediit. Cuius quidem reditu comperto Arslanschahus cum numeroso exercitu quem in Hindosthano contraxerat Gasnam petiit; atque Bihramschahus, quum illi resistere non valeret, Bamianum secessit, unde auxiliis Sandschari auctus postea ad imperii sedem rediit. p. 131. Tum Arslanschahus vehementi metu et pavore adductus est, ut throno deserto in latibulum se abderet ([183]), unde Sandschari copiae operosa perquisitione facta eum protraxerunt. Quum illarum copiarum dux Arslanschahum ad suum Sultanum mittere constituisset, Ann. Ar. 512 inc. Bihramschahus illud parum tutum sibi esse ratus multa pecunia obtinuit, ut frater sibi traderetur, quem protinus morte mulctavit. Arslanschahum triennio tantum imperavisse memoriae traditum est ([184]). 23. Apr. 1118.

CAPUT XXIX.

IMPERIUM BIHRAMSCHAHI, FILII MASUDI, FILII IBRAHIMI, FILII MASUDI, FILII MAHMUDI.

Moesseddaula Bihramschahus erat princeps aeque fortis atque humanus. Hominum eruditorum doctorumque et sapientium consortio vehementer delectabatur; quam ob rem quum a multis auctoribus libri illi dedicarentur, etiam liber Kalilah we Dimnah augusto eius nomine inscriptus est ([185]). Subditi ipso imperante vi- p. 132.

([183]) Ferischthahus: „Arslanschahus ad Afganos confugit (ارسلانشاه بمیان افغانان گریخت).

([184]) Ferischthaho auctore Arslanschahus eo quo interemtus est tempore septimum et vigesimum aetatis annum agebat (وبیست وهفت سال عمر داشت). Vid. quae ab Abulfeda (Ann. mosl. T. III. pag. 384.) de Arslanschahi rebus traduntur cum Mirchondi narratione consentanea.

([185]) Scilicet ille liber Bihramschahi tempore a Hamideddino Nasrallaho ex arabico in

tam tranquillam agebant. Diem, quo Bihramschahus imperium capessivit, Saidus Hasanus Gasnevensis ([186]) egregio carmine (illius generis quod Kasidae nomine appellatur) celebravit, cuius quidem carminis hoc est initium:

„Haec vox ex septem coelis audita est:
Bihramschahus est orbis terrarum rex."

Postquam Bihramschahus imperio potitus est, exercitum in Hindosthanum duxit multasque regiones expugnavit, ad quas maiores eius non pervenerant; quumque Dei O. M. auxilio salvus inde reverteretur, unum ex emiris procuratorem reliquit. Aliquot vero annis post ille a Sultano constitutus procurator perfidiam manifestavit atque ab obsequio defecit, quapropter Bihramschahus iterum ad coercendam tantam malitiam et nequitiam cum exercitu in Hindosthanum movit ([187]). In finibus igitur Multhani proelio commisso

---

persicum sermonem est conversus illique Sultano dedicatus, quemadmodum Dewlethschahus docet in vita poëtae Abdulwasii (عبد الواسع) Gordschesthanensis qui Bihramschahi tempore floruit. Vid. Ferischthahi historia ex interpret. Briggsii T. I. p. 149. Iosephi v. Hammer Geschichte der schönen Redekünste Persiens l. c.

([186]) Eandem rem Ferischthahus tradit, addens illud carmen praesente Sultano Sandscharo a poëta recitatum esse (وسید حسن غزنوی در روز جلوس او بر سریر سلطنت قصیده که در مدح او انشا کرده بود بحضور سلطان سنجر بخواند). Deinceps Ferischthahus eosdem qui apud Mirchondum leguntur versus initiales exhibet, in priore hemistichio pro ندایی ponens منادی. Ibn Haidarus quae de Hasani carmine tradit ex Mirchondi historia excerpsit. De Hasano Alhosseinio vid. Iosephi v. Hammer Geschichte der schönen Redekünste Persiens p. 102.

([187]) De Bihramschahi expeditionibus Indicis haec supplenda sunt ex Ferischthahi historia: وسلطان بهرامشاه در ایام دولت خود چند نوبت بهندوستان رفته بسی از متمردان وعاصیان‌را کوشمال داد ودر مرتبهٔ اول که بهندوستان رسید محمد باهلیم‌را که از جانب سلطان ارسلانشاه سپه‌سالار لشکر لاهور بود ومصدر اعمال ناشایسته گردیده علم مخالفت افراشته بود در بیست هفتم رمضان سنه اثنی عشر وخمس مایه گرفته محبوس ساخت وآخر از سر گناه او در گذشته از بند بر آورد وباز بر نهج سابق سپه‌سالار هندوستان

perfidus ille homo eum habuit exitum quem propter impietatem suam merebatur; omnesque liberi et asseclae eius perierunt. Qua quidem victoria reportata Bihramschahus Hindosthanum denuo subegit. Inde reverso multae res ipsi fuerunt cum regibus Guricis, quas in horum principum historia suo tempore narrabimus ([188]). p. 133.

Nonnulli rerum scriptores tradunt, Bihramschahum anno DXLVII fato suo functum esse ([189]), unde efficitur eum post fratris Arslanschahi exitium quinque et triginta annis regnasse. Scilicet anno DXII Bihramschahus fratrem Arslanschahum in carcerem oblivioni traditorum coniecit (i. e. interemit). Ann. Ar. 547. inc. 7. Apr. 1152. Ann. Ar. 512. inc. 23. Apr. 1118.

گردانید بجانب غزنین مراجعت نمود ومحمد باهلیم در غیبت سلطان قلعهء ناکور که در ولایت سوالک است ساخته اهل وعیال وبنهء خودرا در آنجا گذاشت واز عرب وعجم وافغان وخلج لشکر خوب بهم رسانیده بسیاری از کفار سرکشرا بم انداخت بدین سبب غرور ونخوت او بالا شده داعیهء سلطنت وملک گیری نمود وبهرامشاه این خبر شنفته نوبت دیگر بهند آمد i. e. „Sultanus Bihramschahus imperii sui tempore aliquoties in Indiam se contulit multosque rebelles ac refractarios castigavit. In primo itinere Indico Mohammedum Bahlimum, qui ab Arslanschaho copiis Lahoricis praefectus res subinde non laudabiles molitus erat seditionemque moverat, septimo et vigesimo mensis Ramadani die anni 512 (11. Ian. 1119) cepit carcereque inclusit, deinceps vero delictorum venia indulta vinculis exemit et in pristinum supremi copiarum Indicarum ducis locum restituit. Quo facto Bihramschahus Gasnam reversus est. Mox idem Mohammedus Bahlimus absente Sultano arcem Nakurum in provincia Sewaliki sitam munivit eoque familiam, domesticos supellectilemque deduxit; deinde egregio exercitu ex Arabibus, Persis, Afganis et Childschis contracto multos paganos contumaces subegit. Quae quidem res tanta eum inflavit insolentia et arrogantia ut regnum imperiumque affectaret. Itaque Sultanus quum huius motus nuntium accepisset, iterum in Indiam profectus est." Quae sequuntur non dissimilia sunt illis quae a Mirchondo traduntur.

([188]) Cf. Ferischthahi historia ex interpretatione Briggsii T. I. p. 151-154.

([189]) Quod a Ferischthaho quoque factum est. Dewlethschahus quidem in vita Abdulwasii poetae mortem Bihramschahi ad annum 543 (inc. 21. Maii 1148) refert, quamquam dubitanter (وفات سلطان در شهور سنه ثلث واربعین وخمسمایه بوده والله اعلم); Abulfeda autem (Ann. mosl. T. III. p. 532.) auctore Bihramschahus fato suo functus est mense Redscheb anni 548 (22. Sept. - 21. Oct. 1153).

CAPUT XXX.

IMPERIUM CHOSREWSCHAHI, FILII BIHRAMSCHAHI, FILII MASUDI, FILII IBRAHIMI, FILII MASUDI, FILII MAHMUDI, FILII SOBOKTHEGINI.

Chosrewschahus patri post eius obitum in imperio successit. Is, quum Alaeddinus Hosainus Dschihânsusus (i. e. orbis terrarum
p. 134. incendiarius) Gasnam impeteret, in Hindosthanum fugit Lahoramque sedem regni fecit. Nonnulli rerum scriptores tradunt, Chosrewschahum quidem, quum Alaeddaula Dschihansusus Gasna domum rediisset, ad patrum suorum sedem reversum esse, sed brevi post, quum Sultano Sandscharo capto Turcarum Gasorum caterva Gasnam adoriretur, de illis depellendis desperavisse atque iterum Laho-
Ann. Ar. 555. inc. 11. Ian. 1160. ram profugisse. Anno DLV post octo annorum regnum fato suo perfunctus est, successorem habens filium (Chosrewmulkum).

CAPUT XXXI.

IMPERIUM CHOSREWMULKI, FILII CHOSREWSCHAHI, QUI EXTREMUS PRINCIPUM GASNENSIUM FUIT.

Post patris obitum Chosrewmulkus Lahorae thronum sibi vindicavit. Erat ille princeps quidem clemens et modestus, sed nimium epulis et voluptatibus deditus imperii sui res plane perdebat. Nam emiri ac purpurati tam delicati hominis imperium indigne ferebant; quippe universa auctoritas erat penes mulieres et eunuchos. Itaque Sultanus Gaiatseddinus Mohammedus Samus Gurensis, quum Gasnae regni sede constituta quotannis illo tempore
Ann. Ar. 583. inc. 12. Mart. 1187. in Hindosthanum exercitum duceret, postremo anno DLXXXIII Lahoram pervenit; qua quidem urbe expugnata, Samus Chosrewmulkum, qui pacta incolumitate ad eum se contulerat, prehensum Gasnam misit omnesque principes Gasnicos quos cunctos ceperat

interemit (190). Sic Sobokthegini familia exstirpata est, neque horum potentissimorum principum quidquam praeter memoriam remansit (191).

---

(190) Vid. de extremis Gasnevidarum rebus, quas Mirchondus in Guridarum historia copiosius explicat, Ferischthahi historia ex interpr. Briggsii l. c. p. 155-159.

(191) Haidarus qui Mirchondi verbis historiam Gasnevidarum claudit addit, quattuordecim Sultanos ex Gasnevidarum gente inde ab anno Hedschr. 366 (inc. 29. Aug. 976) annis centum octoginta et uno regnavisse: ومدت حکومت سلاطین غزنویه که چارده تن بودند صد وهشتاد ویکسال بود چه ابتدای دولت ایشان در سنه ست وستین وثلثمایه بود ☆ Enimvero ducenti septemdecim anni numerantur ab initio regni Gasnevidarum usque ad annum Arabicum 583 quo Lahora a Sultano Gaiatseddino expugnata Gasnevidarumque gens exstirpata est.

INDEX.

(Nomina geographica signo * distincta sunt.)

Abbasidae Chalifae pag. 201. 239.
Abdolhamid vesirus 264.
Abdolmelik Ibn Nuh Samanida 139.
Abdolwasi poeta 268. 270.
Abdorrahim Gasnevida 247 sq.
Abdorrahman Gasnevida 247 sq.
Abdorreschid frater Maududi Gasnevida 255 sq.
Abdorrisak Ahmed Ibn Meimendi 255.
Abdulasis 240.
Abdus Ibn Abdulasis 240.
*Abivard (Abiward) 163. 226. 240.
*Abra fluvius 194.
Abuabdallah Arabs Taiensis 164 sq. 187 sq.
Abuali Charismschah 190.
Abuali Simdscbur 162. 181. 232. 233. 264.
Abu Bekr Cahisthanensis 186.
Abu Bekr Salih 260.
Abu Ishak Ibn Alpthegin 141.
Abu Kalindschar 245.
Abulabbas Fadhl (Fasl) Ibn Ahmed 162. 231.
Abulabbas Mamun Cbarismschah 190 sq.
Abulfaradsch poeta 264 sq.
Abulfasl Nami 256. 267 sq.
Abulfathah Bosthensis 144 sq.
Abulfathah Daud Multhani praefectus 159 sq.
Abulharb Arslan 226.
Abulharets Samanida 154. 156.
Abulhasan Ali Ibn Masud Gasnevida 255.
Abulhasan Chasin 141.
Abulbasan Chircani 217.
Abulhasan Hamuli 153.
Abulhosain Mani 182.
Abulkasem Fakib 181.
Abulkasem Nuh Samanida 152.
Abul Taib Sahl Ibn Suleiman Saluki Imam 157. 175.
Abu Mohammed Nasichi 201.
Abu Mohammed Schar Gordschestbani 180 sq.
Abu Nadschm Emir Aias 236.
Abu Nasr Ahmed Ibn Mohammed Assamad 243. 247. 250.
Abu Nasr Fariguni 165.
Abu Nasr Meschcanensis 239.
Abu Nasr Schar Gordschesthani 180 sq.
Abu Nasr Suseni 185.
Abu Sahl Ahmed Ibn Hosain Hamdunensis 236. 239. 245.
Abu Sahl Chadschendi 264.
Abu Taher Samanida 229.
Adha festum 252.
*Adschmir 150. 169. 204. 213. 222.
*Adschudhen 261.
Afgani 151. 164. 269. 271.
Afrasiab 262.
Ahmed Benalthegin 243 sq.
Ahmed Ibn Hasan Meimendi 186. 229. 232. 240 sq. 242. 243.
Abmed Ibn Ismael 139.

Ahmed Ibn Mohammed Gasnevida 247. 249 sq.
Ahupusch eremita 232 sq.
Aias 253. Vid. Abunadschm Emir Aias.
Alaeddaulah Ibn Kakuieh 239. 245.
Alaeddin Hosain Dschihansus 272.
Aleac lusor 233 sq.
Ali Arslan Emir 236.
Ali Chalifa 173.
Ali Chavischavend 237. 238. Illius filius 249.
Ali Daieh 236.
Ali Ibn Dschug (Dschuk) 204.
Ali Ibn Il Arslan 204.
Ali Ibn Mamun Charismschah 163.
Ali Thegin 205. 206. 240 sq.
Allath idolum Arabum 210.
Alp Arslan Ibn Daud Seldschukida 260.
Alpthegin 139. 168.
Althunthasch cubicularius 165. 182 sq. 240 sq.
*Amuieh fluvius 140. 241.
Anindpal Ibn Dschipal 159 sq. 168.
Anka avis fabulosa 265.
Ansari poeta 264.
Anus praestigias perpetrans 243 sq.
*Aphind (Aphthed) 201.
Arabes 271. Gasidae 164. praedatores 201. Tacafitae 210.
Arslan Hadib 163. 182. 187.
Arslanschah Ibn Masud Gasnevida 267 sq. 271.
*Arx Dschendpali vid. Asther.
Aschthegin Hadschib 253.
*Asferar 255. 266.
*Asther castrum 198.
Bab Newa porta Bagdadi 205.
*Bagdad 200. 205.
Bagradschek 155.
*Bahatia 158. 218.
*Bahavun (Barma) 192.
Bahira radscha Indicus 159.
*Bahvar (Nahrvaleh) 214. 217. 218. 220.
Baithus 144.
*Balch 140. 154 sq. 161 sq. 205. 223. 246. 250.
*Balnath mons 187.
*Bamian 162. 269.
*Barma vid. Bahavun.
Bathr (Bathru) Dschipal 187.
*Beheth fluvius vid. Dschilem.
*Behim Bagsa (Bime, Bheem, Behesim) 167. 169.
*Behthedsch vid. Thehideh.
*Behvar vid. Bahvar.
Benalthegin vid. Ahmed Benalthegin.
*Berat fluvius 194.
*Berschaved 250.
Bibliotheca Mohammedi prophetae 266.
Bigvi Seldschukida 257.
Bihramschah Ibn Masud Gasnevida 173. 267 sq.
*Bisthan mons 177.
*Bitunda vid. Thehideh.
*Bochara 141.
Bocharensis exercitus 140.
*Bosth 143. 193. 236. 253. 255. 267.
Brahmini 149. 212. 216.
Caravana peregrinatorum 201.
*Ceylon vid. Serandib.
*Chadarbend (Hafarbend) 192.
Chaldschi (Cheldschi) 151. 164. 271.
Chamarthasch 192.
*Charismia 190 sq. 223.
Charismicae copiae 241.
Chataicae puellae 158.
*Château des Brahmines vid. Mih.
*Cheldsch arx 237.

Cherchir (Chirchir) 258 sq. vid. Nuschthegin.
*Chorasan 152. 156 sq. 175 sq. 236. 245.
Chorasanica militia 141. 241.
Chosrewmulk Ibn Chosrewschah Gasnevida 272. 273.
Chosrewschah Ibn Bihramschah Gasnevida 272.
*Choten 164.
Dabschelimi 216 sq.
Daud Ibn Nasir 176.
Daud Seldschukida 246. 256. 259.
*Dehesthan 163.
*Dehli 150. 169. 212.
*Dendiru arx 256.
*Dereh urbs 262.
Dewlethschahi historia poetarum persicorum 263.
Dilchak 167.
*Dinur desertum 251.
*Diw 211.
Dschafarthegin 161 sq.
Dschagnath 210.
Dschakarbek 245. Eius filia 255.
Dschaksum idolum Indicum 180.
Dschami el-hikaiath chronicon 153. 223.
Dschatti 225.
جمدر (جمندر) 193.
Dschendradscha (Dschender Rai) 198.
*Dschihun fluvius 163. 164. 192. 206. 246.
*Dschilem fluvius 248.
Dschipal (Ibn Bisal) Hindosthani imperator 146 sq. 160. 168. 169. Vid. Hipal.
*Dschordschan 163. 236. 245.
*Dschud mons 225.
Dschukan 141.
*Dschun fluvius 195. 202.
*Dschusdschan 170. 229. 245.
*Duca terrae 226.
Eddaher lisas din Allah Chalifa 205.
Elephanti Chodai awerd (Chodadad) 199. — Moslemici 189.
*Eskender fluvius 192.
Exercitus Mahmudi recensetur 205.
Fachreddin Mobarekschah Mervarrudi 173.
*Ferath (Kabrath) 203.
Ferideddin Attar poeta 210.
Ferochsad Ibrahim Ibn Masud Gasnevida 258 sq.
*Fethhabad 252.
Firus Ibn Iesdescherd 141.
Fons miraculosus 147.
Gaiatseddin Mohammed Sam Gurensis 272.
Galeae Europaeae 178.
*Ganges fluvius 212. Septem arces ad Gangem sitae 197.
*Gasna 140. 142. 147 sq. 240.
*Gaur 172.
Gaurenses 172. 173.
*Gudscherath 214.
*Gurek 176.
*Gurgan vid. Dschordschan.
Guschthasp 193.
Habib assair chronicon 192. 209.
*Hafarbend vid. Chadarbend.
Hafis Abru rerum scriptor 212. 227. 244.
*Hailam fluvius 194.
*Hamadan 236. 240.
Hamdullah Musthewfi auctor chronici 260.
Hamideddin Nasr allah interpres libri Kalilah we Dimnah 269.
Hamid Scheich Multhani praefectus 160.
Hammud Ibn Ali 201.
*Hanesi 252.
Harun Ibn Althunthasch 242. 244.

Harun princeps Behavuni 195.
Hasan Alhossein Gasnensis (Gasnevensis) poeta 270.
Hasan Ibn Mihran 260.
Hasan Ibn Mohammed Suri 174.
Hasan Ibn Nasr 162.
*Herath 154. 163. 182. 238. 240.
*Hesarasp 192.
*Hindosthan 146 sq.
Hipal radscha Kanudschae 196.
Hirdith radscha Indicus 194.
Husenk Mikal 232 sq. 237.
Ibn Atsir rerum scriptor 212. 240.
Ibn Katsir rerum scriptor 161. 169. 244.
Ibrahim Ibn Masud Gasnevida 260 sq.
Idolum lapidis magnetis vi sustentatum 223.
Iemineddaulah Mahmud 147 sq. 153 sq.
Iesdedscherd 141.
Ignis graecus 169.
Ilekchan 157 sq. 161 sq.
Inalthegin 190.
Indi in exercitu Gasnensi 164. 236.
India vid. Hindosthan.
Ioseph emir 223.
Ioseph Ibn Sobokthegin Gasnevida 236 sq. Eius filius 249.
Ioseph Kadarchan (Kadrchan) Turkesthani rex 206.
Ioseph Sedschawendensis Imam 261.
*Irak 227 sq. 236. 240. 245. 267.
*Isfahan 227. 236. 239.
*Kabrath vid. Ferath.
*Kabri (Kendi, Kaidi, Keri) 248.
*Kabul 140.
*Kabulisthan 220.
Kaderbillah Abbasida Chalifa 157. 185. 200. 205.
Kadrchan rex Chotheni 164. Vid. Ioseph Kadarchan.
Kakuieh 239.
Kalilah we Dimnah 269.
*Kalindschar (Kalindscher, Kalindschur) 150. 169. 205. 232. 240.
*Kamar, lignum inde allatum 178.
Kamel etthewarich chronicon 244.
*Kandahar 146. 237. 253.
*Kanduheh (Kenduheh) 218.
*Kanudsch 150. 169. 193 sq. 196. 212.
Kara Arslan 140.
Kara Bahkam 141.
Kara Numan 141.
Karmati (Karamatae) 176. 201. 231.
Karun 171.
*Kasch 140.
*Kaschem 193.
*Kaschgar 157.
*Kaschmir 148. 187. 189. 194. 204. 245.
*Kasdar 146. 179.
*Kawaliar 169.
*Kawariar 204.
*Kedsch 240.
*Keisur, camphora inde allata 178.
Kelchend 194 sq.
*Kermesir 253.
Keschen vid. Krischna.
Khabli Ibn Schami 194.
*Kiberath vid. Ferath.
*Kil fluvius 193.
Kilanienses 163.
Kolsarek 260.
*Kom 245.
Krischna Indorum Deus 196. 211.
Kschatri 149.

*Kuhisthan 198. 237. 240. 242.
*Kuhkuth vid. Luhkuth.
Kurban festum vid. Adha.
Kureh (Korra, Koowur Ray) 194. 201.
*Kuriath vid. Ferath.
كوركه 165.
Kusil Hukum vid. Kara Bahkam.
*Lahor (Lahur) 148. 160. 169. 187. 204. 252 sq. 261. 272.
*Lahuker 254.
*Lamgan (Lamegan) 146. 148. 149. 151.
Lath idolum Arabum 210.
Loricae Davidicae 178.
*Luhkuth 189. 204.
Madschdud frater Maududi Gasnevida 252 sq.
Madscheddaulah IbnFachreddaulahDilemita 239
*Mahawun (Mawin) vid. Bahavun.
Mahmud vid. Ieminеddaulah Mahmud.
Mamun Charismschah 190. Vid. Abulabbas Mamun.
Mansur Ibn Nuh Samanida 140. 229.
*Maricaleh 248.
Masud Ibn Ibrahim Dschelaleddaulah Gasnevida 266.
Masud Ibn Mahmud Gasnevida 223. 229. 235 sq. 239 sq.
Masud Ibn Maudud Gasnevida 255.
Masud Rahdschi 264.
Maudud Ibn Masud Gasnevida 247. 250 sq. Eius filia 257.
*Mawarennahr vid. Transoxana provincia.
*Mecca 201. 217. 266.
*Medina 217. 266.
Mehdi Irak 266. 268.
*Mehra 193.
*Mekran 240.
Melikschah Seldschukida 265 sq. Eius filia vid. Mehdi Irak.
Mennus (من) pondus 170.
*Mendsch vid. Mih.
زناجير فيل vid. مربط فيل.
*Merv 163.
*Mih castrum (Bendsch, Mendsch, Mubedsch) 197.
Minhadschi Siradschi Dschurdschani chronicon 141.
*Mirthah (Merat, Merut) 194.
Mohammed Bahlim 271.
Mohammed Emir Sipahselar 236.
Mohammed Ibn Ibrahim, Arabs Taiensis 192.
Mohammed Ibn Mahmud Gasnevida 229. 235. 247 sq.
Mohammed Ibn Melikschah Seldschukida 267.
Mohammed Ibn Suri 172 sq.
Monthaser 157. 238.
مستغلات 200. Vid. emendanda.
*Mubedsch vid. Mih.
Muhsin Ibn Taki 163.
*Multhan 148. 158 sq. 176. 213. 222. 225.
Muslih eddin Sadi vid. Sadi.
*Muthureh (Muttra) 196.
*Nagarguth 170.
*Nahrvaleh vid. Bahvar.
*Nakur arx 271.
*Nardin sive Narin 171 sq. 203.
*Narsi 244.
*Nasin 188.
Nasireddin Sobokthegin 139 sq. 181.
Nasr Hadschi 241.
Nasr Ibn Sobokthegin 165. 187. 234. 235.
Nath 210.
Navaseh Schah 166.

Nebalthegin vid. Inalthegin.
*Nenknabad vid. Thenknabad.
*Nesa 163. 226.
Newrusi Sultani 258.
*Nilab fluvius 151.
Ninda radscha Kanudschae 201 sq.
*Nindneh (Ninduneh) 187.
*Nischapur 154. 157. 162 sq. 175. 236 sq.
*Nubar 168.
Nuh Ibn Mansur Samanida 141. 180. 232.
Nurthegin 246.
Nuschthegin 247. 258.
Omar Ibn Laits Soffarida 240.
Ommaiiadae Chalifae 173.
Osman Chalifa 141.
Othbi rerum scriptor 166. 173. 181.
*Oxus fluvius vid. Dschihun.
Pal Ibn Endpal (Anindpal) 168. 202.
Parmdiw 216. 218. 222.
*Pattani Scheich Ferideddini Schukrgendsch 261. vid. Adschudhen.
*Pegu 219.
*Pendschab 150. 202 sq.
Peru Hebal vid. Tirudschipal.
*Pischawer (Peischawer) 151. 251.
*Rai urbs 226. 230. 242.
*Rupal arx 261.
Sabsa (Sabsais) princeps Indicus 162. 168.
*Sabulisthan 220.
Sadi poeta 210. 228.
Sagae Romanae 176.
*Sahrend 148.
Saifeddaulah Mahmud vid. Iemineddaulah Mahmud.
Saileman vid. Elephanti Moslemici.
Sam Gurensis vid. Gaiatseddin.
*Samarcand urbs 241 sq.
Sandschar Seldschukida 267 sq.
*Saneguth 254.
*Sava 245.
Schah Schar vid. Abu Nasr Schar Gordschesthani.
Schari Gordschesthani 180 sq.
Schehnah Kahir 155.
Schemselmaala Kabus 163.
Schukpal Indus 162.
Seiasithegin 161.
Seldschukidae 245 sq.
زنجبیر فیل 147.
*Serandib (Ceylon) 160. 216. 219.
*Serchas (Sirchas) 240. 246.
*Sewalik 271.
Sewendradscha Indus 236.
*Sidschawend 254.
Sinaschthegin vid. Seiasithegin.
*Sind fluvius 202. 222. 247.
*Sindi desertum 222.
*Sindia 199. 250.
Sinicae virgines 158.
Sisthan 158. 219. 223. 256 sq. 259.
Soliman (Suleiman) Ibn Ioseph 251.
सोम i. e. luna 210.
Sukpal vid. Schukpal.
Sultanus Audi 147.
*Sumenath urbs 209 sq. idolum indicum 209 sq.
Surii Afganorum tribus 172.
*Tabaristhan 245.
Tacafitae Arabes 210.
*Tahnesur (Thahnesur) 180. 189. 252.
*Tak castrum 118.
*Tanischer vid. Tahnesur.
Tebekathi Nasiri chronicon 173. 239. 259.

Templum Gasnae a Mahmudo exstructum 199.
Tharich Benatheki 265.
Tharich Gusideh 249. 265.
Tharich Nadirsemani 265.
Thasch strator 240.
*Theginabad 256.
*Thehideh 148.
*Thenknabad 193. 237.
*Thermod 163.
Tirudschipal (Tirdschipal) 202. 204.
*Tocharesthan 164.
Togan urbis Bosth praeses 143 sq.
Toganchan Turkesthani rex 171. 176.
Togril 256 sq.
Togrulbek 245.
*Transoxana provincia 157 sq. 176 sq. 205.
Turcae 164. 165. 205.
Turcomani 226. 240. 253.
*Turkesthan 141. 145. 158.
*Tus 163. 226.
*Uskend 158. 177.
*Veldsch (Weldsch) arx 237.

EMENDANDA.

Pag. 1. annot. 3. adde verba male omissa: Recepi ex cod. E.
- 5. lin. 8. pro اثنایی lege اثنای et lin. 12. pro بدیرفته lege پذیرفته.
- 11. lin. 13. pro خستهٔ lege خسته.
- 15. lin. 1. pro داشتهٔ lege داشته.
- 33. lin. 10. pro بپابصد lege بپانصد.
- 141. lin. 9. ante Ishakum adde Abu.
- 147. annot. 6. lin. 7. pro زنجیر lege زنجبیر.
- 173. lin. 8. pro Tabkath lege Tebekath.
- 173. lin. 18. pro Bahramschahi lege Bihramschahi.
- 176. annot. 50. lin. 7. pro Gusek lege Gurek.
- 198. annot. 84. pro گزیجت lege گزیخت.
- 204. lin. 6. pro Ili lege Il.
- 209. annot. 100. lin 1. pro essir lege essair.
- 212. annot. 101. lin. 4. pro Ebru lege Abru.
- 230. lin. 17. 18. pro: hoccine a me iuramentum nunc exigis, ut tu a me tutus sis? lege :Hoc iuramentum tum praestabo quum a me liber eris (i.e. post mortem tuam).
- 232. lin. 16. Nomen Ahupusch fortasse rectius explicatur: dorcadis pelle indutus.
- 232. annot. (*) pro annot. 135. lege annot. 136.
- 233. lin. 14. pro: ac Mahmudus stupefactus conticuit, lege: ac perturbatus conticuit i.e. ab ulteriori explicatione (Husenkus) se continuit; nam de Husenko continuari sermonem docet vocabulum خدمتش, quod de ministro usurpatur non de Sultano, qui حضرت appellandus est.
- 244. annot. 142. lin. 6. pro Ebru lege Abru.
- 280. annot. 88. Vocem مستغلات malo de frugibus in universum quam de solis decimis aut aliis vectigalibus quae in agris colliguntur intelligere; Dschewhari ita hanc vocem explicat: استغلال المستغلات اخذ غلتها.

Pro Ibn Haidarus ubique legendum est Haidarus deleta voce Ibn.

Leviores errores e.g. arabicam feminini formam ه aliquoties adhibitam, licet in codicibus mstis persicis passim obviam, aut notam * omissam ut lectores eruditi et excusare et corrigere velint oro rogoque.

DS288 .M67
Mohammedi filii Chondschahi, vulgo
Princeton Theological Seminary-Speer Library
1 1012 00003 8622